6

REGESTA DOCUMENTORUM

GERMANIÆ HISTORIAM ILLUSTRANTIUM.

REGESTEN ZUR DEUTSCHEN GESCHICHTE

AUS DEN HANDSCHRIFTEN

DER MARCUSBIBLIOTHEK IN VENEDIG

BEARBEITET VON

JOSEPH VALENTINELLI.

6

REGESTEN ZUR DEUTSCHEN GESCHICHTE

aus den

Handschriften der Marcusbibliothek in Venedig

bearbeitet von

Joseph Valentinelli.

I.

46*

Vorwort.

Es bedarf wohl kaum der Rechtfertigung, wenn heutzutage ein Italiener es sich zur besonderen Aufgabe macht, aus den Sammlungen seines Vaterlandes jenes hervorzusuchen, was zur Aufklärung oder Bereicherung deutscher Geschichte dienen soll. Verdankt man es doch gerade den Männern ernster und unbefangener Geschichtforschung, dass die Erkenntniss von dem innern Zusammenhang deutscher und italienischer Dinge — eine Zeitlang verdunkelt oder vergessen — jezt wieder nicht bloss ein Eigenthum gelehrten Wissens, sondern auch praktischer Einsicht geworden ist. Es genüge hier nur an die Studien und Aussprüche von RANKE und BÖHMER zu erinnern.

Wenn aber irgendwo in Italien, so ist in Venedig das Gedächtniss an die Vergangenheit ununterbrochen hingewiesen auf jenen innigen und lebensvollen Wechselverkehr, in welchem es durch seine Lage, seine Stellung, seine ganze Entwicklung sozusagen von seiner Kindheit an bis zum Verlust seiner Selbständigkeit mit seinem nördlichen Nachbarn, mit der deutschen Nation, mit dem deutschen Reich gestanden ist.

Wäre es nöthig zu erinnern an die einflussreiche Herrschaft der Langobarden, an die schicksalsvollen Römerzüge der Kaiser und Könige, an die ritterlichen Heerfahrten zum heiligen Grabe, an die zweifelhaften Bündnisse und Gegenbündnisse und die blutigen Kriege des 15. und 16. Jahrhunderts, andererseits an die Verflechtung und das Zusammengehen des deutschen und des venezianischen Handels, an die grosse Friedens-Coalition der Republik von S. Marco mit den freien Städten Oberdeutschlands so gut wie Niederdeutschlands? Oder soll man gedenken des geistigen Verkehrs zwischen dem Diesseit und Jenseit der Alpen, hinweisen auf den vielfachen Austausch der Männer der Wissenschaft, auf den Zug der lernbegierigen Jünger des Nordens nach dem Lande der Künste und der Poesie und die daraus hervorgegangene fruchtbare Verbindung derer, welche im Reiche des Gedankens als die besten gelten, jenem Reiche, welches an sich durch keine Grenze beschränkt wird?

Zu den Arbeiten welche mir als Bibliothekar der Marciana sowohl oblagen als auch besondere Befriedigung gewährten, gehörte seit einer Reihe von Jahren die Anlage von Regesten zur deutschen Geschichte aus den Handschriften unserer Bibliothek. Es war ausser der gerechten Theilnahme für dieses Innerwesen der Geschichte zugleich die Zahl, der Reichthum und die Bedeutsamkeit der Quellen, welche mir zu Gebote stand und den Entschluss zur Reife brachte, alles was sich zur deutschen Geschichte bezüglich in dieser altberühmten Schatzkammer fände, auszuziehen, zu sichten, zu ordnen und am rechten Orte, wo es gelänge, herauszugeben.

Es gereicht mir nun zu hoher und dankerfüllter Genugthuung, dass diese Regesten, vornämlich für Deutschland bestimmt, in den Denkschriften einer deutschen Akademie eine Stelle gefunden haben und damit durch den reichen Strom wissenschaftlichen Lebens, welcher Deutschland durchzieht und von da sich allerwege vertheilt, einer erwünschten Verbreitung entgegensehen dürfen.

Venedig, im Herbste 1864.

Joseph Valentinelli.

Digitized by Google

Introductio.

De fontibus et ratione horum regestorum.

Inter multas quae rempublicam Venetorum et Germaniae nationem arcto vinculo ligabant necessitates vix ulla et natura sua et vi potior habenda est illâ quae *politicam*, quam dicunt, attingebat, sive novitia appellatione iura atque officia *internationalia*. Has partes *politicas* ac *diplomaticas* constat actas et sustentatas esse per *oratores*, missos ad imperatores, reges, principes, civitates. Legationes ipsas, cultioris societatis institutum publicum, per senatum venetum singulari modo exornatas et perfectas aliisque populis quasi imitationi propositas esse, item nemo hodie diffitebitur politioris eruditionis particeps.

Inde etiam factum est ut, quicquid illi *ambassadores*, viri rerum publicarum peritissimi, fortes politi, sagaces constantes, ubique locorum per *ambassiatam* suam viderant audierant, et visum auditumve retulerant, hodie magni ducatur ac merito inter fontes rerum publicarum ubicunque quammaxime appetatur.

Hae quidem legationes venetae ita constitutae erant, ut eorum acta complerentur: *1. Commissione; 2. Expositione; 3. Epistolis* vulgo *Dispacci;*

4. Documentis insertis; 5. Officio; 6. Relatione; 7. Itineris descriptione, vulgo *Itinerario.*

1. Commissio. Legati vel ex instituto, vel rerum singularum pertractandarum causa, veluti foederis, pacis, nuptiarum, aut ortus aut mortis virorum illustrium ec., praefiniti temporis spatio, ad exteros principes mittebantur: qui ex instituto *ordinarii.* qui data occasione *extraordinarii* appellabantur. His et illis duplex plerumque pars in commissis constituta. Vel enim negotium commune, omnibus notum demandabat senatus, vel quod secreto commissum attentius cavebat ne in vulgus efferretur: hocce praesertim magni interest penitius introspiciat historicae veritatis interpres. Iis comparandae sunt quae in caeteris Italiae principatibus *Instructiones secretae* dicebantur, sine quarum notitia salebrosum iudico germanae historiae filum deducere. Documenta pretiosiora, nomine *Commissioni*, plerumque leguntur sub initio regestorum earum litterarum, quas vocant *Dispacci.*

2. Expositio. Orator, ubi primum erat electus, antequam ad rempublicam, in quam destinabatur, accederet, cum oratore eius principis Venetiis convenerat, de iis collaturus quae utriusque regiminis generatim intererant. In conventu agitata cum senatu legatus communicabat.

3. Dispacci. Eo nomine proveniunt epistolae quas vel senatus oratoribus, vel ii senatui dabant, certo plurimi habendae quod *littera*, ut ait Cicero, *non erubescat*, et argumentorum copia ac repetita pertractatione ditissimam narrationi materiem praebeant. Unde quantum quae ad legationes germanicas referantur, eius nationis historiae rite noscendae subministrent, non est cur inquiramus, maxime quod ad penitiora reipublicae negotia occultanda non infrequenter occurrant fragmenta peculiari notarum alphabeto exarata, quibus aperiendis ad actorum finem extat interpretandi norma quam *clavem* dicunt [1]). Inde elucet quid emolumenti

---

1) De his epistolis egregie scripsit R. Erdmansdorffer in libello: 'Ueber die Depeschen der Venezianischen Gesandten, mit besonderem Bezug auf Deutschland,' quam leges in 'Berichte über die Verhandlungen der k. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften zu Leipzig' (Leipzig, 1857, p. 38—85.).

historicis hisce monumentis afferre valeant, qui vel earum epistolarum compendia [2]), vel ex iis potiora [3]) maturo consilio edere constituunt.

4. Documenta inserta. Ut quae in epistolis agitata nova luce affunderentur, iisque sua tribueretur auctoritas, actorum fasciculi mutua vice a senatu et oratore cum litteris transmittebantur, quae documenta propterea *insertorum* nomen sortita sunt: epistolae principum et virorum illustrium, pacta vel commercii tutandi vel confinium asservandorum causa, conventus, belli indictiones, foedera aliaque eius generis quae interdum in publicis quoque tabulariis desiderantur.

5. Officium. Orator ut primum Venetias reversus erat, devotionis officium coram senatu exsequebatur, serius gestorum *relationem* daturus. [4])

6. Relatio. Solemne erat, antiquarum legum praescripto, oratorem Venetias redeuntem gesti negotii notitiam in senatu coram recitare, ubi legatus ea omnia quae historiam et politicam exterae nationis conditionem attigerant, oratione, quam *relationem* dicunt, complectebatur. Institutum hoc etsi laudabile, quod reipublicae maxime intersit de iis optimates edoctum iri quae ad nationum exterarum vincula cum propria pertinent, tamen non est diffitendum aleae fuisse plenum. Eo enim maioris momenti negotia in publicum efferebantur, nec exteros effugerant. Hoc ut

2) Exemplo sint epistolarum regesta anglice oblata a viro de rebus venetis meritissimo in libro: 'Selection of Despatsches written by the Venetian Ambassador Sebastian Giustinian, and adressed to the Signory of Venice, January 12[th.] 1515, to July 26[th.] 1519, translated by Rawdon Brown' (London 1854, vol. II, 8°.), rite ab ephemeridibus litterariis Edimburg. laudato. — Ministerium quod dicunt instructionis publicae (Ministère de l'instruction publique) in Gallia, rei peritissimis Armando Baschet et L. de Mas Latrie mandavit ut Venetiis tabularium generale ac palatinam s. Marci bibliothecam excuterent, eaque inde sumerent prelo in posterum committenda quae ex epistolis, vulgo *dispacci*, Venetorum ad Galliae reges oratorum potiora viderentur.

3) In hoc campo egregia stipendia fecit Alberius, editis in 'Archivio storico italiano (Firenze, 1844, tom. V, part. II): Dispacci al senato Veneto di Francesco Foscari e di altri oratori presso l'imperatore Massimiliano I., a. 1496'; ut et qui tabulario veneto iamdiu praefuit, Fabius Mutinellus in opere: 'Storia arcana ed aneddotica d'Italia, raccontata dai veneti ambasciatori' — Venezia, 1855—1859, voll. IV, 8°.

4) Exempli gratia: 'Ufficio di Marco Foscarini fatto avanti il collegio dopo il ritorno dall' ambasciata di Vienna, nell' anno 1735.' Venezia, Gio. Cecchini, 1859, 8°.

evitaretur lege cautum est ne per exempla non solum typis impressa, sed et manuscripta narrationes illae publici iuris fierent, quandoquidem id roganti senatus non assentiretur. Verum, hominum natura in vetitum ruente, factum est ut eapropter plura ex autographis descripta, Venetiis non tantum sed in Italia universa, quin et in caeteris Europae regionibus, vel ex integro, vel per summarium coaeva exemplaria extent [5]), aut typis data sint [6]), quae certo iis scatent erroribus, quibus declinandis oberat data clam exscribendi facultas. Duplex exinde incommodum, illud quod legati iure timentes ne, relationibus evulgatis, quid periculi reipublicae evaderet, sequioribus saeculis plura scitu dignissima praetermitterent; alterum quod typis commissae vel damnis quibus exempla scriptotenus multiplicata essent obnoxiae, vel per breviarium tantum quasi integrae exhiberentur. A quo vitio minime abhorruisse sentio Eugenium Alberium, quem tamen maxime commendandum ob *Relationum* [7]) editionem, pluribus abhinc annis susceptam, temporum iniuria inter-

---

5) Adeo ingens est manuscriptarum *relationum* series, ut non solum bibliothecae in Europa maiores iis abundent, uti berolinensis, vindobonensis, nec non monacensis, cuius copiam nuper exposuit sagaciter Catalogus codd. ital. etc. (Monachii a. 1858), sed etiam privatae.

6) *Relationes* ad Germaniae imperatores iampridem impressas reperio: a) 'Relatione di m. Vincenzo Querini, oratore a Massimiliano imperatore, l'anno 1506.' Inseruit Josephus Chmel in 'S. A. Schmidt's Zeitschrift für Geschichtswissenschaft,' 1844, vol. II, p. 272. — b) 'Relatione del ch. Nicolò Tiepolo dell' abboccamento di Nizza tra Paolo III., Carlo V. e Francesco I., e della tregua seguitane (a. 1538).' Lege in Dumont, IV, II, p. 172. — c) 'Relations des ambassadeurs venetiens sur Charles Quint et Philippe II., par M. Gachard.' Bruxelles, 1856, 8°. Insunt Relationes 1. 'di Federico Badoaro a Carlo V. e Filippo II. (1557)' pag. 1—94; 2. 'di Michele Suriano a Filippo II. (1559)', p. 95—134; 3. 'di Antonio Tiepolo al re cattolico (1567)', p. 135—180. — d) 'Relazione di Battista cavalier Nani, ambasciatore veneto in Germania, alla repubblica di Vinegia, ragguagliandola sullo stato, forze ed altro dell'impero (1659).' Extat in 'Lettere memorabili istorico-politiche ed erudite, raccolte da Antonio Bulifon.' Pozzuoli, 1693, 12°. — e) 'Relation de la cour imperiale, faite au doge de Venise par le sieur (Giovanni) Sacredo, après son retour d'Allemagne à Venise (1665).' Paris, Cottin, 1670, 12°. Hanc editam leges cum prooemio Adami Wolf in 'Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen,' cum duabus ad imperatorem Turcarum sub titulo: 'Drei diplomatische Relationen aus der Zeit Kaiser Leopold I.,' vol. XX, p. 305—320.

7) Volumina XIIII data Florentiae annis 1839—1861. Series tres. I^a^. 'Relazioni degli stati europei, tranne l'Italia,' voll. VI.—II^a^. 'Relazioni d'Italia,' voll. V.—III^a^. 'Relazioni degli stati ottomanni' voll. III. — Voluminibus primae seriei insunt relationes a) 'di Borgogna, letta in Pregadi da Vicenzo Querini l'anno 1506,' I, p. 1—30; — b) 'di Nicolò Tiepolo, tornato ambasciatore da Carlo V., l'anno 1532,' I, p. 31—144; — c) 'di Bernardo Navagero, tornato dallo

missam, recens vero felici omine continuatam, puto. Is enim, utpote Florentinus, plerumque ex patriis tantum tabulariis, aut non veneto penu [8]) exscripsit fere nullo adhibito exemplari primigenio. [9]) Quapropter praeferendas censeam quas Venetiis singillatim occasione data [10]) historiae nostrae viri periti publici iuris fecerunt, vel edendas eidem Alberio obtulerunt, quasque ex saeculo decimo septimo in haec studia operam totam conferentes egregii iuvenes Nicolaus Barozzi et Willelmus Berchet novissime evulgare coeperunt; [11]) neque reiecerim quae ab exteris prelo commissa, praesertim ubi a domesticis desiderentur.

---

stesso nel luglio 1546,' I, p. 289—368; — d) 'di Lorenzo Contarini, tornato ambasciatore da Ferdinando, re de' Romani, nel 1548,' I, p. 369—469; — e) 'di Gasparo Contarini, tornato ambasciatore da Carlo V, 16. novembre, 1525;' II, p. 9—115; — f) 'di Marino Giustiniano, tornato ambasciatore da Fernando re de' Romani, 1541,' II, p. 117—158; — g) 'di Marino Cavalli, tornato ambasciatore da Carlo V, l'anno 1551,' II, p. 193—223: — h) 'dello stesso, tornato ambasciatore da Ferdinando re de' Romani, nel decembre 1543,' III, p. 89—142; — i) 'di Paolo Tiepolo, tornato ambasciatore dello stesso, 12. ottobre 1557,' III, p. 143—174; — k) 'di Federico Badoaro, tornato ambasciatore da Carlo V. e Filippo II, 1557,' III, p. 175—330; — l) 'di Vicenzo Querini, tornato ambasciatore da Massimiliano nel decembre 1507,' VI, p. 1—58; — m) 'Estratti della relazione di Domenico Morosini, ordinario a Carlo V., 1552,' VI, p. 67—78; — n) 'Relazione di Leonardo Mocenigo, ambasciatore a Ferdinando I., 1559,' VI, p. 79—122; — o) 'Relazione di Giacomo Soranzo, ambasciatore a Ferdinando I., 1562,' VI, p. 123—160; — p) 'Sommario della relazione di Giovanni Correr, 1574,' VI, p. 161—180; — q) 'Sommario della relazione di Vicenzo Tron, 1576,' VI, p. 181—192; — r) 'Relazione di Tommaso Contarini, 1596;' VI, p. 193—248.

8) Nempe ex bibliothecis magliabecchiana et capponiana florentinis, senensi, tabulario taurinensi, *relationibus* legatorum in Gallia a Nicolao Tommaseo duplici volumine editis.

9) Excipias quae serius a clarissimis viris rerum venetarum gnaris *relationes* Alberio communicatae sunt, quibus othomanicae praestant (Serie III, vol. III) ab equite Vincentio doctore Lazari (quem praematura morte sublatum dolemus) prooemio, legatorum synopsi, notisque opportunis illustratae.

10) Quae Venetiis ex tabulario generali, musaeo corrario, bibliotheca palatina, seminarii patriarchalis, familiarum Manin, Lazzari—Weovich, quaeque Thomae Gar opera ex collectione fuscariniana bibliothecae vindobonensis sumptae, cf. Arch. stor. it. 5, 358 sqq. —

11) 'Le Relazioni degli stati europei, lette al senato dagli ambasciatori veneti nel secolo XVII, raccolte ed annotate da Nicolò Barozzi e da Guglielmo Berchet.' Venezia, tipogr. di Pietro Naratovich, 1856—1859, 8°. Collectio triplice serie exhibita, cuius unum volumen dat hispanicas, duo insequentia gallicas *relationes*.

7. *Itinerarium.* Ne quae in peragratis regionibus, a re politica prorsus aliena, notatu digna mente exciderent, consueverant oratores itineris descriptionem (quam seqnioris aevi scriptores *Itinerarium* dixerunt) componere. Quantum haec quodammodo coaeva pictura topographiae, morum, consuetudinum scientiae historicae conferat, non est cur pluribus disseram. Proinde operam egerunt laude dignam qui eas descriptiones ex privatis patriciorum domiciliis, vel ex bibliothecis, quibus postmodo insertae sunt, in medium protulerunt.[12])

12) 'Itinerario da Venezia a Vienna di Carlo Contarini, oratore del sereniss. arciduca d'Austria don Ferdinando, principe di Castiglia, luglio e agosto, 1524.' Ex Diariis Marini Sanudo (J. VII, 454, p. 403), edidit Romanin in 'Storia documentata di Venezia,' tom. V, p. 520—529. E contrario minime desunt quae a Germanis scripta res venetas illustrant. Exemplo sit: 'Fratris Felicis Fabri evagatorium in Terrae Sanctae, Arabiae et Aegypti peregrinationem' (ann. 1480—1484). Prodiit in 'Bibliothek des literarischen Vereins in Stuttgart.' Stuttgart, 1849, vol. IV, ubi pag. 399—437 pretiosum extat capitulum: „Nobilissimae urbis venetianae fidelis descriptio vel potius circumscriptio, quam ex diversis collegi (Felix Faber) descriptionibus, et non nulla auditu didici et multa experientia propria accepi." — Inter eos qui Venetias visitabant, erant qui missi a suis civibus senatum venetum adibant in causis decidendis arbitrum, aut ab eo legum petebant decreta; testatur id e. gr.: 'Dissertatio inauguralis iuridica de iudicio tutelari perillustris reipubl. norimborgensis ec. quam ec. die 17. iunii a. ç. 1745 publicae eruditorum disquisitioni subiicit Adamus Birkner, norimbergensis' (Altorfii, Mejerus, 4°.), cui opusculo insunt: a) 'Petitio senatus norimbergensis missa ad serenissimum ducem Venetorum, eiusque consiliarios ex Nuremberga 6 mensis iunii, anno dom. V. sexto' b) 'Literae ad Bernhardum Hirschvogelium, sabbato post s. Erasmum, 1506.' c) 'Responsio ducis Venetiarum ad senatum norimbergensem data in ducali palatio die 8. nov. indict. 10ª. 1506.' d) 'Gratiarum actio senatus norimbergensis ad sereniss. ducem data 20. die febr anno septimo. Senatus norimbergensis per concivem Hirschvogelium Venetiis degentem petit exemplum legum super tutela.' — Alii et frequentes ibi morabantur artium subtilium magistri, ut vel patriam suam novis inventis ornarent, vel in emporio celeberrimo industriam exercitarent. Non abs re puto Germanos repetere qui saeculo decimo sexto artem typographicam Venetiis tractarunt: Joannem et Vindelinum de Spira, Joannem Emericum de Udenhem, Christophorum Waldarfer, Joannem de Colonia, Joannem Manthen de Gherretzem, Adam de Ambergan (?), Franciscum Renner de Hailbrunn, Nicolaum de Frankfordia, Leonardum Achatem Basiliensem, Albertum de Stendal, Adam de Rotwil, Joannem de Hallis alias Leovillor, Erhardum Ratdolt de Augusta, Petrum Loslein de Langencen, Theodoricum de Reynsburc, Leonardum Wild de Ratisbona, Georgium Walch, Joannem Lucilium Santritter de Hailbronn, Joannem dictum *Magnum* Herbort de Seligenstadt, Joannem de Rheno, Hermannum et Petrum Lichtensteyn Colonienses, Joannem de Noerdlingen, Henricum Harlem, Conradum Stachel de Blaubeurn, Joannem Hamman de Landovia dictum *Hertzog*.

Venetarum legationum gravitas quo magis aestimetur, opportunum iudico evincere quibus praecipue de causis earum tractatio germanicae historiae lucem affundat. Rempublicam venetam, qua septemtrionem respicit, Germaniae, qua magnam orientis partem, Hungariae regno, qua occidentem, Mediolani ducatui conterminam scimus. Inde extiterunt quae arctiores vicinitatis nexus earum regionum germanicae familiae subditarum efficerent, adventus imperatorum ac eorum exercituum in Italiam, teloniorum in confinio stationes, fines ipsi violati, aliaque de quibus esset disputandum. His accedunt quae unam singillatim reipublicae provinciam, Forumiulii nempe, a priscis usque temporibus spectant. Occidentalis imperii conditionibus in peius ruentibus, Forumiulii, non tantum qua ex Italia universa Germaniae propinquius, sed qua faciliorem praebuerat ex ea venientibus accessum, plura eaque duriora in transmigratione populorum est passum. Notum cuivis puto Attilam ac successores ex Avaris Cacanos provinciam funditus evertisse; Langobardos, antequam Italiam fere totam sibi subiicerent, sedes ac domicilia aliquot ibi annis locasse. Adde quod patriarchae aquileienses, amplissimae provinciae ecclesiasticae ad Dravam usque praepositi. plures ex Germania [13]), Bohemia [14]), Hungaria [15]) deliguntur, nec iniuria, quod sedes illustriores secoviensis, salisburgensis, passaviensis, ratisbonensis aliquando Aquileiam metropolim revererentur. Verum sub initio saeculi decimi quinti, ubi a Venetis coeptum continentem terram armis occupare, bellum patriarchis indictum. Leonardum de Techio, plurium annorum spatio certantem ac tandem a Venetis devictum et exulare coactum duo patriarchae excipiunt, Ludovicus Scarampus de Mediarota ac Alexander de ducibus Massoviae, quo in conflictu hic Tridenti episcopus Scarampo concedit. Inde irae et contentiones longae, obstinatae, nullo intermissae discrimine Venetorum dimicationes cum imperio et Hungaris, quorum iura in patriarchatum asserebantur; cum Austriae archiducibus Portunnaonis tenentibus; cum Goritiae comitibus, iisque extinctis, cum Austriacis ob finium dissidia. Quorundam ex istis adeo fama percrebuit ut

---

13) Theodemarus, Engelfredus, Rodoaldus, Popo, Everhardus, Goteboldus, Ravangerus, Sigeardus de comitibus de Pleion, Henricus, Udalricus I. et Peregrinus I. de ducibus Carinthiae, Udalricus II. de comitibus de Treven, Volkerus de Leubrechtskirchen, Berctoldus de Andechs, Marquardus de Randek Augustanus, Joannes V. de marchionibus de Moravia, Alexander ex ducibus de Massovia.

14) Nicolaus I.

15) Ludovicus II. de Techio.

oblivione deleri minime mereantur, scilicet: lis super oppidulis Belgrado et Castronovo anno 1424 oborta, in concilio vormatiensi anno 1521 agitata, a tridentino anno 1535 ad finem deducta; Maranum medio saeculo decimosexto occupatum et divenditum; castrum munitum Palmae novae sub eius saeculi exitu extructum; decimoseptimo vero Uscoccorum depraedationes commercium Venetorum mari infestantes; bellum Gradiscae.

His accedunt quae nullam vel quae leviorem tantum cum republica veneta habent cognationem, quaeque fato nobis auspicato in marcianam bibliothecam illata sunt: *Rescripta imperialia*, quorum quaedam diligentissimum Böhmerum [16]) quandoque effugerunt; *epistolae* Germanorum vel patricia nobilitate, vel re politica, vel litteris insignium, ut et diversorum ad illos; *acta* singularia de imperio, Caesarum electiones, coronationes, adventus, iura praecedentiae; *peracta* ab iis per legatos cum exteris, praesertim cum aula pontificia; *concilia* Constantiae, Basileae, Tridenti; Venetorum per Germaniam *peregrinationes*; aliaque plura ex penitiori germanicae historiae dominio.

Scripta serius edita, praesertim si antiquae lectionis, in medium afferre non neglexi, quod textui quandoque reficiendo inserviant.

Etsi rerum tractandarum distributionem concinne successuram non denegem, si de argumento quolibet singillatim disseratur, non accurata temporis ratione habita, tamen historica documenta allaturus exemplo aliorum iure comprobato ego quoque satius duxi chronologiae leges ex ordine persequi.

Quantum nostris manuscriptis codicibus penitus excutiendis insudaverim, ii advertant qui meum cum catalogo a doctissimo Pertz ante annos quadragiuta confecto [17]) comparabunt; id quod absque iniuria assero, cum codicibus manuscriptis

---

16) Regesta chronologico-diplomatica Karolorum — Regesta Imperii. Stuttgardiae et Francofurti, 1833—1849, 4°.

17) Verzeichniss der Handschriften der St. Marcus-Bibliothek zu Venedig, für deutsche und italienische Geschichte des Mittelalters (aus deren gedruckten und handschriftlichen Verzeichnissen) mit einigen Bemerkungen von G. A. Pertz. Prodiit in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtkunde.' Frankfurt am Main, 1822, tom. IV, p. 139—167.

asservandis atque illustrandis praeses multo plura praestare teneatur, quam qui brevi dierum aliquot spatio colligere quae desiderat coactus est.

In operibus describendis latina lingua usus sum, quae cum aliis tum rerum pertractandarum gravitate apprime convenire videbatur. Titulos itale, gallice, hispanice, germanice exaratos, quotiescunque aderant, exposui, ut de lingua qua singula conscripta deque rerum charactere saepius per titulum revelato legentes admonerentur.

Brevitatis studiosus unica littera L. I. G. H. A. quintuplicem seriem codicum latinorum, italorum, gallicorum, hispanicorum, alemannicorum significavi, praeeunte compendio *Zan.*, ubicumque catalogum Antonii M. Zanetti typis impressum appello; numero classis romano, codicis ut et foliorum et paginarum arabico additis.

Regestis triplex imponet coronidem index, onomasticus, geographicus et actorum.

Regesta aliquot actorum quae haud certis temporis finibus concluduntur.

De imperii dignitate. (Nr. 1—4.)

Quaestio, an omnes reges et nationes subsint imperatori, in qua etiam de Venetorum exemptione ab imperio romano. (L. XIV, 266, f. 273.)

Auctor plurium scriptorum testimonio nixus cum iis concordat qui asserunt *quod omnes reges et nationes de iure subesse debent imperatori*, Venetiarum republica excepta. Quaestio haec sumpta ex libro Alberici de Rosate, *de summa trinitate et fide catholica.* **1.**

Explicatio quomodo imperium dependeat a sede apostolica. (L. XIV, 42, fol. 37.)

Inc.: „Romanus pontifex, Christi vicarius reges atque imperatores et principes „in terris constituit."

Auctor, exemplis ex historia a saeculo nono ad annum millesimum quadringentesimum prolatis, demonstrandum insumit imperatores ab ecclesia romana potestatem sibi delatam testatos, a pontifice coronatos, eidem obedientiam et fidelitatem iureiurando pollicitos. **2.**

Dissertatio qua evincitur imperatorem papae subesse. (L. XIV, 42, f. 61; I. VII, 417, p. 375.)

Inc : „Imperocchè tutte le cose ch'hanno gli uomini fuor di quello che dà „loro la natura ec." finit vero: „che questa santa sede ha la sua iurisditione „in ogni luogo, et potestà sopra ognuno, et di conoscere le cause dei principi, „d'investire et di privare dei regni."

Auctor anonymus hoc demonstrare studet imperatoribus non acquisitione nec haereditate imperium obvenisse, sed ipso a pontifice; qua super re argumenta a theologis alemannis in contrarium allata diluit. **3.**

Officium coronationis imperatoris et imperatricis (L. XIV, 228, f. 119).

Inc.: „Cum rex in imperatorem electus pervenit Romam ad suscipiendam ibi- „dem coronam imperii, quando primo descendit de monte gaudii," finit vero: „et „tunc ad thalamum reducta (imperatrix), illuc permanent usque ad finem misse, „et est finis coronationis. Deo gratias." **4.**

Cornelii Taciti liber de situ et origine Germanorum (L. XIV, 1. f. 186).

Sub fine voluminis: Opus absolutum Bononiae, anno domini MCCCCLXIV, ad petitionem Joannis Marcanovae. Anno 1852 contulit G. M. Thomas deque eo disseruit in 'Gelehrte Anzeigen' 36, 1—2, München 1853. **5.**

Memorie del passaggio per lo stato veneto di principi e soggetti esteri. 1337—1773. (I. VII, 164.)

Opellam dimidio saeculo decimo octavo congessit Petrus Gradonicus: quae exemplis inde sumptis serius addita sunt plures habent auctores. Primores ex Germania rempublicam venetam adeuntes numerantur marchio Brandeburgi (1353), Carolus IV. imperator (1354, 1367), dux Austriae (1361), Venceslaus dux Saxoniae (1372), Albertus archid. Austriae (1398), Robertus imperator (1401), Otto dux Bavariae (1423), Sigismundus imperator (1433), Fridericus archidux Austriae (1436, 1440), comes Ciliae (1441, 1447), Fridericus III. imperator (1450—1452, 1469, 1489), Albertus archid. Austriae (1450), episcopus brixinensis (1495), Carolus V. imperator (1530, 1532, 1541, 1545, 1547, 1549), Philippus archid. Austriae (1551), Carolus archidux Austriae (1571), dux Cliviae (1574), Maria soror Caroli V.

(1578), Ferdinandus (1579) et Maximilianus (1579, 1592) archiduces Austriae, Maria archid. Austriae (1581), cardinalis de Ditrichsteiu (1582), Margareta archid. Austriae (1598), Magdalena et frater Maximilianus archiduc. Austriae (1608), Maximilianus Ernestus archidux Austriae (1608), Eleouora Gonzaga Ferdinandi II. imperat. (1621), Leopoldus archidux Austriae cum uxore (1625), Maria Magdalena archid. Austriae (1630), princeps de Echemberg (1630), Carolus de Lichtenstain dux Opaviae (1635). Anna Maria archid. Austriae (1649), Eleonora Gonzaga Ferdinandi III. imperat. (1651), Ferdinandus Carolus archid. Austriae cum uxore et fratre Sigismundo (1652), Leopoldus I. imperat. (1660), eius filiae Eleonora (1661) et Barbara (1665), Margareta imperatrix (1666), mulieres principes Bavariae (1688) et Neoburgi (1690), Willelmina Amalia princeps Hannoveriae (1696, 1698) Elisabeth Christina de Brunswichio Guelpherbytano (1707), Fridericus Augustus princeps elector Saxoniae (1713), Carolus princeps electus Bavariae (1716), Marianna electrix palatina (1717), Fridericus princeps Assiae Cassellae (1720), mulier princeps Solisbaci (1722), Maria Theresia archiduc. Austriae (1738), Sigismundus cardinalis a Colonitz archiepisc. vindobonensis (1739), Fridericus Christianus princeps elector Saxoniae (1739), Joseph rex Romanorum et Petrus Leopoldus archid. Austriae (1765), Carolus princeps haereditarius Brunswicii (1766), Carlotta archiduc. Austriae (1768), Marianna archid. Austriae et Joseph II. imperator (1769), Franciscus Xaverius administrator electoris Saxoniae et Ferdinandus Carolus archidux Austriae (1771), Maria Antonietta de Bavaria (1772).

Notitias principes austriacos spectantes edidit passim ex codice eques Theodorus Toderini in 'Ceremoniali e feste in occasione di avvenimenti e passaggi di principi austriaci negli stati della repubblica veneta. Venezia, 1857, pag. 280, 4°.'

6.

Necrologium principum austriacorum ab anno 1273 — 1519 14. ianuar. (I. VII, 873, f. 7—13.)

Inc.: „MCCLXXIII. fo electo re de Romani commuui consensu principum electorum el nobil conte Rodulpho de Habelspurg per le so nobel virtu e iusticia...“ finit: „MDXIX neli XI zener morite la m^ta^. del imperator electo Maximilian in uno locho nominato Valz et el suo corpo fo portado a Neustoth.“

Saeculo decimosexto incipiente ab una manu codiculus exscriptus hoc habet singulare quod temporum et personarum adiuncta diligenter ac minutatim auctor persequitur.

7.

Notitia senatui veneto oblata oppidorum in Histria, quae, saeculo decimosexto incipiente, rebus cum Maximiliano compositis, vel a Caesareis vel a Venetis nova occupatione detinentur (l. VII, 1008, f. 101—102).

Inc.: „A mazor informatione de le signorie vostre, signori excellentiss., li infrascripti sono loci, castelli, villazi al presente possessi . . . .“

Veneti recens possident Piemontem, Barbanam, Castrum novum seu Rachel, Sovignachum, Urcam, Draguchium, Turrem, quae loca ad Caesarem; Mamiani castrum, quod ad Bernardum Raunicher; Crestojam quod ad Joannem Neunauser; Razizam quod ad aliquot Alemannos pertinuerant: Caesarei vero occupant castrum Mocho, quod partim tergestinum episcopum, partim Nicolaum Rauber spectabat; castrum sancti Servuli et villam de Clerical, iam Nicolai Rauber; Castrum novum quod Christophorus Frangepani, villam de Rezmagna, quam aliquot Tergestini antea tenebant. **8.**

De bibliothecis germanicis pro decem circulis imperii divisis. (L. XIII, 105, f. 31.)

Sub initio saeculi decimi octavi anonymus alemannus dedit in codice opus *de re bibliothecaria*, in cuius altera parte notitiam obtulit bibliothecarum Europae. Germanicae continentur circulis *austriaco*, inferiori et superiori *rhenano*, *bavarico*, superioris et inferioris *Saxoniae*, *franconico*, *suevico*, *westphalico*. **9.**

Hieronymi Tragi germanici collectio botanica in tres libros distincta. Partes tres. (L. VI, 265—267.)

Codices chartacei saeculo decimosexto exarati, basilice compacti, quorum chartis glutine adhaerent formae plantarum lineari pictura expressae, exsectae ex opere Hieronymi Boek (latine *Tragi*): *De stirpium, maxime earum quae in Germania nostra nascuntur ec. commentariorum libri tres*, interprete *Davide Kybero*, Argentinensi. Argentinae, 1552, 4°.

Libro primo praeeunt insignia cuiusdam mihi ignoti, effigies ligno insculpta inscripta: *Effigies Hieronymi Tragi anno aetatis suae 46*; ac epigramma manu scriptum: *Joannis Sapidii* lectori studioso.

„Hoc Hieronymus ore Tragus spirabat, ut annos
„Natus bis ternos, octoque lustra fuit“ ec.

Ad finem cuiusque voluminis extat manu scriptus index plantarum ordine

alphabetico, quarum in primo numerantur 182, altero 167, tertio 135. Nullus textus rem herbariam declarat. **10.**

Philippi a Turre notae in familiam Andechs (oppidulum leucis sex a Monachio) de Bavaria, ex qua marchiones Histriae et Goriciae. (L. XIV, 51, f. 103.) **11.**

Rossi Joannis. Descriptio ac compendium fusiori sermone oblatum operis: *Del capitulare dei Visdomini del Fontico de Tedeschi* apud Emmanuelem Cicogna Venetiis asservati. (I. VII, 1436, f. 68—152.)

Compendium hoc dedita opera memoro quod capitula quandoque ex integro allata sint, eaque a dimidio saeculo decimotertio ad dimidium decimum octavum. Nota quod tres vicedomini in maiori consilio Venetiarum, ultimo april. ann. 1268 recitati sunt. His adde quae ex saeculo XVIII documenta codici 1849 class. VII Italorum inserta sunt. **12.**

Regesta actorum ordine chronologico exposita.

A remotiori aevo ad annum 1125.

Ekkehardi uraugiensis abbatis chronicon universale ab orbe condito ad annum 1125. (Zan. L. 398, f. 1—247.)

Chronicon pluries editum, castigatius a Pertz in Mon. Germ. Script. VI, p. 33—265 ideo profero quod antiquior germanicae historiae fons ducendus sit. Miror diligentissimum Waitz in prooemio operis a Pertz editi codicis nostri esse oblitum.

De auctore, codicibus mss. et impressis fusius egit Potthast in 'Wegweiser durch die Geschichtswerke des europ. Mittelalters, von 375—1500.' Berlin, 1862, part. I. p. 274. **13.**

Gesta Treverorum (Zan. L. 403, folia 144).

Codicem membranaceum saeculis XIII—XIV sub forma quam dicunt *quarti* usque ad annum 1152 una manus exscripsit (fol. 1—109) ex treverensi XXXI, ut putat G. Waitz in prooemio ad idem opus editum in Mon. Germ. Scriptt. VIII, p. 130—200. Caetera in codice (qui ad sanctum Martinum apud Treveros pertinuerat) non una manu exscripta annos 1190 et 1259 attingunt.

Quae *Gestorum* origines, mutationes, continuationes; quando, ubi et a quibus edita; qui auctores, luculenter protulit in eo prooemio G. Waitz, ita ut quae addiderim nil vividioris lucis operi affunderent. **14.**

245—301. De b. Gratae, Germaniae inferioris reginae et Bergomi

protectricis virginitate, quam *asserit*, *evincit*, *defendit* frater Caelestinus de Bergomo, presbyter capucinus.

Inc.: „Lupo figlio di Crotarcio, che co' primi cavalieri di Bergamo gareggiava, nè da creato si lasciava mettere il piede innanzi."

Auctor continenti sermone Gratam anno 245 Bergomi natam, 283 cuidam regi Germaniae inferioris (quocum virginitatem custodivit) nuptam, eo biennio post demortuo, Bergomi restitutam, anno domum 301 functam vita enarrat. **15.**

saec. III—VI. Aeneae Sylvii de Piccolominaeis, de ortu Gothorum (L. XIV, 1. f. 1—41).

Inc.: „Leonardum Aretinum nostri saeculi virum eloquentissimum scripsisse de Gothis historiam accepi: nunquam illa in manus meas venit."

Oblata in compendio historia Jornandis, ut in prooemio: „non longe ab Hystro, inter Viennam atque Pataviam, ibi dum intro bibliothecam, libros volvo, incidit in manus meas Jornandis historia . . . . Statui in compendium redigere." Eam Joanni de Carviali cardinali ab auctore dicatam primus in lucem protulit Raymundus Duellius Lipsiae et Francofurti, anno 1730, fol. Exemplum marcianum commendat bona lectio ac tempus quo exscriptum, nempe Bononiae, anno 1464, *ad peticionem Joannis Marchanove artium et medicine doctoris.* **16.**

Langobardi.

568—773. Chronica langobarda. (L. X, 33, fol. 1—30.)

Folio 1—4 auctor anonymus Italiae chronica a Noe ad transmigrationem Langobardorum usque describit, seu rectius geographiam, chorographiam ac leviora quaedam eius historiae momenta. Incip.: „Italia provintiarum omnium nobilissima et domina mundi longe ante tempora diluvii habitata creditur."

Altera chronicorum pars viginti capitulis digesta compen-

dium exhibet operis Pauli Diaconi *de Langobardorum origine et gestis*, itaque presso vestigio ut quandoque loci integri iisdem verbis referantur. Ea incipit: „Ortus atque progressuum regum et aliorum principum Langobardorum usque ad Desiderium ipsorum ultimum regem et etiam ipsius gentis descriptio hic feliciter exorditur," finit: „in quo (Desiderio) eorum regnum quod sub viginti regibus processit et in Lombardia duravit annis CCVI sub regibus undecim, finitum est anno ab incarnatione domini septingentesimo septuagesimo tercio. Explicit cronica Langobarda." **17.**

Gesta regum Langobardorum ex Pauli Diaconi opere per compendium sumpta. (Zan. L. 402, f. 67—88.)

Incip.: „Reges Lombardorum quod fuerunt 31 et de origine eorum imperante Leone primo imperatore Augusto qui incepit imperare anno domini CCCCLIX, pontificatus beati Leonis pape anno XV, et imperavit annis XVI, de quorum Lombardorum origine et gestis sequens Paulum Diaconum ipsorum istoricum aliqua hic dicam."

Historiam a Pauli Diaconi narratione orsus auctor, eam non ad Liutprandum tantum sed ad Desiderium usque perducit, eius regis capitulum sic inscribens: „De Desiderio rege 31. Lombardorum et ultimo quem deus cum alio predecessore maledicat in secula seculorum." Opellam excipit *Descriptio Ytalie et quas provincias olim obtinebat* (fol. 88—90), sic finiens: „Et hoc ad presens de descriptione Italie sufficiat quantum ad cognitionem suprascriptorum regum Lombardie, licet omnium civitatum nomina recitata non sint." **18.**

Leges langobardicae ducum Rotharis, Grimoaldi, Liutprandi, annis 638—744 datae. (L. V, 81, folia 44.)

Codex membranaceus ex saeculo duodecimo mutilus est, capitulum enim incoeptum nonum supra vicesimum libri sexti legum Liutprandi tantum attingit. Etsi cum codice ms. mutinensi plerumque conveniat, tamen, ingenue fateor, et textus inte-

gritate et castigata lectioue plurimum cedit. Textum universum edidit Paulus Canciani in 'Barbarorum leges antiquae.' I, p. 63—259.

Operi exornando: 'Die Geschichte des Laugobardeu-Rechts' (Berlin, 1850) contulit Joannes Merkel. **19.**

Legum langobardicarum capitulare per varios legales titulos tribus libris distributum, scilicet: 1. De maleficiis et publicis criminibus; 2. De sponsalibus; 3. De episcopis et clericis, et de his quae ad utilitatem publicam pertinent. (Zan. L. 210, folia 50.)

Codex membranaceus saeculi XIII, biuis columnis, cum compendiis marginalibus, mutilus est, libro enim extremo desunt capitula 45--48 primi tituli, caeterique II—XL.

Neminem latet langobardicas leges ad chrouotaxim regum et augustorum qui ediderunt, distributas antiquitus fuisse, ordine rebus foreusibus pertractandis nou satis cougruo. Petrus diaconus cassiuensis eas ita disposuit, singulis legibus praeposito nomine regis (Rotharis, Grimoaldus, Liutprandus, Rachis, Astulphus) ante dimidium saeculi XII, propterea que addidit leges aliquot Caroli Magni, Pipini, Ludovici, Lotharii, Henrici II, Othouis. Petri diaconi distributionem habes iu codice, quem Muratorius edidit in 'Scriptt. rerum italicar.' I, part. II, p. 17—180. Antiqua collectione posthabita, quam dederunt Goldastus, Heroldus, Lindenbrog, Muratorius, Cancianus, medio aevo procedente eiusmodi capitularia in usu fuerunt, propterea que codices plures mss. obvii. **20.**

Joannis patriarchae gradensis litterae Stephano papae III, quibus conqueritur ecclesiae haereditatem a *perfidis* Laugobardis invasam. (L. X, 181, fol. 11; 310, p. 14—18.)

Incip.: „Si omnes capilli capitis nostri ignis exaruerit." Anno 764.

Protulerunt Ughellus in 'Italia sacra,' V, p. 1091, et Cappelletti in 'Chiese d'Italia,' IX. p. 27. **21.**

626—659. Excerpta ex codice membranaceo breviarii Gertrudis treverensis in tabulario ecclesiae civitatensis asservati. (L. XIV, 51, f. 59—97.)

Ea sunt a) Calendarium. Diversis mensium diebus apposita in margine leguntur nomina langobardica virorum principum et feminarum charactere diverso, ac syllabarum literarumque notis paulo recentiori, saeculi circiter XII, f. 59—62. b) Horoscopon snmptum ex lunationibus mensis et ex kalendis ianuarii, num scilicet die dominico vel feria secnnda, tertia ec. venerint, f. 63—64. c) Litaniae sanctorum. *Incipit Laetania universalis*, ad quarum finem, exscriptoris manu desunt nonnulla ob excisas tres codicis membranas. Nomina sanctorum germanicorum obvia plura, f. 64—73. d) *Confessiones et orationes peccatorum* ac preces cum nota in fine: reliqua desunt in codice, f. 74—92. e) Elogia episcoporum treverensium ss. Eucharii, Valerii, Agricii, Maximini, Paulini, Nigetii, Felicis, Modualdi, Magnerici, episcoporum item qui litaniis insunt, Wiltebrotdi, Beati, Adelberti ac s. Materni. Hac illac vacat spatium pro sanctis Maro, Linturino, Legontio, Abrunculo, Castore, Florino, Babone Heinrico, f. 93—97. **22.**

saecul. VIII. Vita *legenda* s. Wilhelmae (L. XIV, 247, f. 19—55; I. V, 35, f. 95—119; 41, f. 48).

Inc.: „Nel tempo che li Ongari se erano convertiti alla fede cristiana, per mazor confirmacione de qneli fu fatto consegio al re del reame.“ In altero codice sic de auctoris nomine: „In questo libro è descripta la compasionevol istoria de la beata Guielma regina de Ongaria, la qual se recita in li miracolli de la verzene Maria, la quale è stada composta et ampliada per lo venerabelle homo mi Andrea Bonno abato de sancto Gregorio de Venexia.“

Tres codices ita lectione differunt ut Morellius in opere: *I codici mss. volgari della Naniana*, p. 67, codicem primum Andreae Bono abnuerit: puto tamen differentias versionibus adiudicandas, quod historiam primitus latine exaratam credam. **23.**

742. Carolus Magnus dux episcopis, ducibus, comitibus ec. commendat Bonifatium episcopum ad eos venientem, *quem sub suo mandeburdio et defensione receptum ita conservent ut iustitiam reddat et accipiat.* (Zan. L. 169, f. 233.)

Inc.: „Bene cupiens ut cognoscatis qualiter apostolicus vir in Christo pater Bonifatius." anno 742. **24.**

20. aprilis. Idem congregat, consilio suorum episcoporum, *synodum pro timore Christi* singulis annis repetendum, ac decernit quae in synodo tractanda. (Zan. L. 169, f. 233—234.)

Inc.: „Ego Carolus Magnus dux ec. consilio servorum Dei et optimatum meorum, episcopos qui in meo regno sunt, cum presbyteris ec. duodecimo kalend. maias (20. aprilis) 742. **25.**

792. 4. augusti. Carolus rex, Paulino patriarcha aquileiensi supplicante, dat sedi aquileiensi caeterisque subditis potestatem proprios eligendi pastores ac a solvendis decimis aut annonis indemnitatem. (L. IX, 125, fol. 2.)

Inc.: „Si petitionibus sacerdotum servorum dei, in quo nostris auribus fuerunt prolatae libenter obtemperamus. *Ratisbonae*, pridie nonas (4) augusti, 792.

Rubeis 'Mon. aquil.' dat integrum p. 389 — 390, per extr. p. 360—. Böhmer. 'Regesta chron.-diplom. Karolorum,' p. 17. **26.**

792 (—1486). Epitome de imperatoribus romanis a Julio Caesare ad Fridericum tertium. (L. XIV, 106, f. 59—69.)

Inc.: „Caesar post omnia bella civilia, pacatis Hispanis Romam rediit."

Series Caesarum ex Germania incipit folio 67 sic: „Conradus mortuo Ludovico primo in Germania imperare coepit, anno autem domini 912." Alio charactere accedit nomen et compendium historicum Maximiliani I.

Codicem ante annum 1490 exscriptum ex adiunctis putarim. **27.**

794. Equitis Sertorii Orsato dissertatiuncula qua privilegiis Caroli Magni et Othonis episcopatui utinensis concessis veritas asseritur. (L. XIV, 491, fol. 294—302.)

Inc.: „Io non so come si possa dubitar dell' antichità che mostra e della fede che merita."

Documentum, quod pntant in favorem s. Paulini patriarche aquil. in concilio francofurtano anno 794 concessum, certe suppositicium est. **28.**

800—814. Vita Caroli Magni. (L. X, 302, fol. 13--40.)

Inc: „Mortuo Pipino patre Karoli, Karolus successit prius in regnum sapiens, prudens et iudex laudabilis viduis, orphanis, religiosis et toti populo, vir timens deum in illis diebus," finit vero: „Celebrato obsequio ita gloriose, quod nullus imperatorum nec regum antecessorum in tam magna veneratione terre fuit commendatus. 814. Ipso sepulto reversi sunt magnates ad propria."

Codicem saeculo decimo sexto incipiente exscriptum puto. **29.**

801. 22. iunii. Carolus rex donat Paulino artis grammaticae magistro facultates Vualdandi quoud. Immonis de Laberiano ad caesareum palatium devolutas, quod Vnaldandus *in campo cum Roticauso inimico nostro* fuerit interfectus (L. IX, 125, fol. 6).

Inc.: „Merito quidem a nobis sublevantur muneribus qui nostris fideliter obsequiis famulautur ec. Eboreje, XV cal. iul. (22. iunii), 801. **30.**

4. augusti. Idem Paulini patriarchae aquil. petitis indulgens, eidem confirmat *sub integra immunitate*, monasteria virorum et puellarum, xenodochia et parochias, ita ut nullus iudex publicus ad causas audiendas vel freda exigenda, vel mansiones aut paratas faciendas possit eorum villas vel curtes ingredi (L. XIV, 48, fol. 184).

Inc.: „Maximum regni nostri in hoc augere credimus muni-

mentum, si petitionibus sacerdotum vel servorum dei ec. Ratisbonae, prid. non (4) augusti, 801." **31.**

802. 4. aprilis. Carolus imperator investit Petrum episcopum concordiensem de omnibus pertinentiis sui episcopatus, locis designatis intra Tilavemtum et Liquentiam. (L. IV, 52, f. 131; XIV, 28, p. 261—264.)

Inc.: „Si religiosis presidentibus locis divinis cultibus mancipatis iuvamen nostri imperii prebemus. . . . . Datum pridie nonas (4) aprilis, actum Francofurdi." **32.**

18. augusti. Carolus idem confirmat Fortunato patriarchae gradensi privilegia, quorum potissima ut possessio bonorum in Histria et Romandiola illi asserantur, ac nullus publicus iudex eius causas audiat. (L. X, 181, f. 14, 17; 310, p. 20—21.)

Inc.: „Maximum regni nostri in hoc agere credimus munimentum, si petitionibus sacerdotum ec. . . . . Notum sit omnibus qualiter vir nobilis Fortunatus ec. 18. aug. 803." Retulerunt a) Ughelli in 'Italia sacra,' V, 1095, b) Muratori, 'Scriptt. rer. ital.' XII, 154, c) Du Mont, 'Corps diplom.' I, 1, 2; Cappelleti, 'Chiese d'Italia,' IX, 36. **33.**

803. Caroli imperatoris praeceptum factum ne sit qui *telonium*, aut siliquaticum, aut laudaticum, aut cispitaticum de quatuor navibus Fortunati, patriarchae gradensis exigat. (L. X, 181, f. 16; 310, p. 24.)

Inc.: „Carolus seren. aug. a deo coronatus ec. Notum sit quia petiit celsitudinem nostram vir venerabilis Fortunatus ec. 803." **34.**

804. Izzo presbiter, Cadolaus et Aius comites a Carolo Magno imperat. in Histriam missi ut super patriarchae aquil., episcoporum et Joannis ducis re publica gesta inquirerent, in territorio caprensi, loco qui dicitur Riziano subsistunt, ibique primatibus et populo histriensi assistentibus, testes iuratos electos interrogant. (L. X, 181, f. 18—20; 310, p. 26—33.)

Inc.: „Cum per iussionem piissimi atque excellent. domini

Caroli Magni imperat. et Pipini regis filii eius in Istriam nos servi eorum directi fuissemus ec. 804.“ Singulare est quod testes numero 172 populi conditionem sub imperatoribus graecis praesenti praeferunt. **35.**

809. Historia victoriae quam Veneti in Pipinum anno 809 retulerunt. (I. VII, 330, f. 1—128, 201—348.)

Ludovicus Rotellus venetus, itale loquentes inducit *ultramontanum* et Italum, quorum ille ab admiratione cymbarum certaminis quod *regata* dicunt orsus, Venetorum victoriam figmentum esse asserit, hic negat, argumentis ex chronicis et traditione in medium prolatis, eoque pervenit ut *ultramontanum* in propriam sententiam inducat. **36.**

saecul. IX. Witini visio (L. II, 69).

Inc.: „Cum predictus frater Witinus sabbato cum aliquibus fratribus nostris potionem ad providendam salutis corporis accepisset ec.“ Visionem hanc quam Witinus seu Wettinus, monachus sangallensis (m. 824) habuit de cruciatibus damnatorum in inferno, Haito vel Hatto episcopus prosa oratione descripsit, carmine Strabo Walafridus. Omnem excedit fidem referre quo vehementissimi terroris sensu animos coaevorum ea narratio perculerit.

Pluribus codicibus mss. Bruxellis, Florentiae, sancti Galli, Romae, Montis Cassini, Oxonii, Parisiis, insertam ediderunt Mabillon in ‘Acta Benedictin.’ I, p. 265, et Migne in ‘Patrologia,’ CV, p. 769. Confer Fabricii ‘Biblioth. med. et inf. latinitatis.,’ tom. I, libr. 21. **37.**

815. Ludovicus rex patriarchae aquil. et primoribus Histriae provinciae suadet ut quiete et tranquille degant, a contentionibus et pauperum oppressione abhorrentes. Si secus fecerint, poenas luituros a sui patris legatis Izzo, Cadolao et Aio constitutas. (L. X, 181, f. 22; 310, p. 35—39.)

Inc.: „Sicut enim a primordio vobis concessimus, ita et

denuo per sacram auctoritatem nostram confirmare decrevimus, vestris iustis petitionibus annuentes — 815." **38.**

817—824. Ludovicus imperator confirmat Paschali papae I. et successoribus eius *donationes quas pie recordationis dominus Pipinus, rex avus noster et postea dominus et genitor noster Carolus imper. beato Petro spontanea voluntate contulerunt.* (L. XIV, 42, f. 6—10.)

Inc.: „In nomine domini ec. Ego Ludovicus imper. aug. Statuo et concedo per hoc pactum confirmationis."

Ex Cencio Camerario, f. 105 edidit Theiner in Cod. dipl. dom. temp. s. sedis, I, 2—4, qui tamen sub initio loco *concedo* male legit *condo.* **39.**

821. Venerius patriarcha gradensis Ludovico et Lothario imperatoribus commendat Petrum diaconum et Justum presbyterum. (L. X, 181, f. 25; 310, p. 41—42.)

Inc.: „Vestrum quidem, piissimi imperatores, laudabile et gloriosissimum inter homines principatum omnium domin. Christus quotidianis diebus. . . . . Dereximus autem apud sacra imperialia vestigia domini nostri missum nostrum Petrum diaconum una cum Justo presbytero misso Angeli et Justiniani fidelium vestrorum ac filiorum nostrorum." **40.**

830. 11 novembris. Ludovicus et Lotharius imperatores tradunt Maxentio, patriarchae aquil. deprecanti *monasterium puellarum sancte Marie, infra muros Civitatis foroiuliensis, in loco qui dicitur Vallis.* (L. IX, 125, f. 109, 115.)

Inc.: „Si liberalitatis nostre munere aliquid locis Deo dicatis auxilii conferimus ec. Noviomagi, 3. idus (11) novembris, 830."

Protulerunt Mabillonius in Annal. Benedictin Append. II; De Rubeis in Monum. aquil. col. 410—411, ex authent. in tabulario capituli foriiuliensis; Madrutius Oper. s. Paulini, p. 260, anno 829 tribuens. Böhmer. Regesta chron.-diplom. Karolor., p. 41, qui caeterum falso asserit: *Dieses ist die*

späteste gemeinschaftlich mit Kaiser Lothar aufgestellte Urkunde. (V. num. 44.) **41.**

Iidem mandant Venerio patriarchae gradensi ut iterum Romam accedat ad contentionem cum Maxentio patr. aquil. finiendam. (L. X, 181, f. 26; 310, p. 42.)

Inc.: „In litteris sanctitatis tue, quas nobis per missum tuum Tiberium misisti, scriptum reperimus quod tu secundum nostram iussionem ec. 830.“ Ughelli V, 1104. **42.**

Venerius patriarcha gradensis Ludovico imperatori ecclesiae propriae privilegia in integrum servanda commendat. (L. X, 181, f. 29; 310, f. 46—48.)

Inc.: „Vestrum quidem, piisime imperator ec. Coram vestris vestigiis terre pervolutus, ego tantillus qui, licet valde dissimilis, nuper in senecta mea animarum tamen curam suscepi. 830.“ **43.**

831. Ludovicus et Lotharius imperatores respondent Venerio patriarchae gradensi, se acturos quidquid ad honorem et tutamen eius ecclesiae conferre sentiunt. (L. X, 181, f. 27; 310 p. 43.)

Inc.: „Suscepimus litteras sanctitatis tue, quas nobis per Petrum diaconum direxisti, easque coram nobis relegi fecimus. 831.“ Ughelli V, 1103—1104. **44.**

840. 23 februarii. Pactum quinquenne inter Lotharium imperatorem ac Petrum Tradonicum ducem Venetorum pro suis et vicinis eorum. (L. X, 181, f. 33—35; 310, p. 53—60.)

Inc.: „Lotharius ec. Papiae civitatis palatio, hoc pactum suggerente et supplicante Petro gloriosissimo duce Venetiarum, inter Veneticos et vicinos eorum constituit ac describere iussit. Octavo kal. mart. (23 febr.), 840.“ Plura de hoc pacto habet De Rubeis manu propria (L. XIV, 140, f. 128—130.). Böhmer Regesta chron.-dipl. Karolorum, p. 55. Confer Muratori Script. XII, 176; Archiv III, 578. Romanin Storia di Venezia I,

356, qui documenti anthenticitatem ac annum pluribus evincit ibidem, 351—354.

In eo, locis utriusque partis nominatis, decernuntur quae de incursione servorum, furtis, promissorum pignore, negotiis variis, fluviorum transitu, vectigalibus ec. communia occurrunt. Diploma pluries editum, praesertim seorsim cum notis dedit Hieronymus Zanetti, Venetiis, 1764, 12°. 45.

848.
8 augusti.

Lotharius I. imper. ecclesiae tergestinae ac eius episcopo Joanni et successoribus asserit quidquid iuris proprii habet tam intra Tergestum quam extra, ita ut nemo vectigal aut factionem aliquam exigat Tergesti, sine licentia episcopi (L. IX, 166, f. 346).

Inc.; „Si sanctis et venerabilibus conferimus munera, anime nostre proficuum esse non ambigimus . . . . Papie, 8 aug. 848." 46.

853.

Ludovicus II imperator praecipit ut nullus publicus iudex in ecclesias, domus, pertinentias coenobii constructi in Diliano a Felmone abbate ingredi audeat. (L. IX, 125, f. 136.)

Inc.: „Si enim ea que ad Dei cultum pertinere noscuntur, eius amore ampliamus ec. 853." 47.

855.
30 octobris.

Idem, aquileiensis patriarchatus fastis depraedicatis, Teutmari patriarchae *aquil. seu foroiuliensis* precibus per comitem Everardum, compatrem suum, sibi factis indulgens, contestationes inter Aquileiae et Gradi ecclesias per eundem Everardum finiendas declarat et antiquissimum ius Aquileiae praesertim in Histriam confirmat, qua occasione eius ecclesiae historiam enarrat (L. XIV, 101, n. 3.)

Inc.: „Si petitionibus servorum Dei clementie nostre comodamus consensu ec. Papiae, 3 cal. nov. (30 oct.), 855." Protulerunt Lünig in Codex Ital. diplom. II; De Rubeis in Monum. eccles. aquil., col. 438—440; Ughelli V, 39, dat. kal. nov. Böhmer Regesta chron.-dipl. Karol. p. 63. 48.

859 (?)
23 martii.

Idem, Petro Tradonico Venetiarum duce rogante, decernit ut territoria, ecclesiae, domus, possessiones, caeteraque Venetorum *infra potestatem imperii sita*, indemnia serventur. (L. X, 181, f. 39; 310, p. 67—68.)

Inc.: „Dignum est ut celsitudo imperialis quantum caeteros honoris et potestatis fastigio antecellit, tantum erga omnes pietatis sue munus impendere satagat . . . . . Quia Petrus dux et spatarius Veneticorum per Everardum dilectissimum ducem ec. X cal. apr. (23 martii). Actum Mantue in palatio regio." Cf. Romanin I, 362. **49.**

865.
13 iulii.

Idem Lupo abati sextensi in Foroiulii renovat immunitates et tutelam monasterii sextensis (L. IX, 125, f. 11—12.)

Inc.: „Maxime regni nostri in hoc augere credimus . . . . si petitioni servorum Dei ec. Tertio idus (13) iulii, 865." **50.**

865.
28 novembris.

Walpertus episcopus mutinensis, qua missus Ludovici augusti, Engelbergam imperatricem in possessionem immittit curtis Guardistallae. (L. IX, 158.)

Inc.: „Breve recordationis qualiter Walpertus mutinensis ecclesie episcopus . . . . In curte Wardestalla, die IV kal. dec. (28 nov.) 865." Edidit Muratorius in Antiquitt. It. II, 241. **51.**

869.
30 octobris.

Ludovicus imp. ecclesiae aquil., cuius praestantiam et privilegia laudat, dat *metropolitanam dignitatem* in ordinandis regendisque Histriae episcopis et ecclesiis. (L. IX, 125, f. 14.)

Inc.: „Si petitionibus servorum Dei clementie nostre commodamus assensum ec. Papie, 3 cal. nov. (30 oct.) 869." **52.**

877.
29 octobris

Karolomannus rex confirmat iura et privilegia ecclesiae novaviensi eiusque episcopo Notingo. (L. IX, 163.)

Inc.: „Si erga loca divinis . . . . Idcirco omnium fidelium . . . . noverit industria quia adiens serenitatem culminis nostri Notingus . . . . IV kal. nov. (29 octobr.), indict. XI. (877)."

Edidit Muratorius in Antiquitt. It. I, 917. Böhmer. Reg. Karol. 89. **53.**

879.
8 maii.

Idem confirmat patriarchae aquil. Walperto antiqua privilegia eius ecclesiae. (L. IX, 125, f. 15; 164.)

Inc.: „Si, liberalitatis nostre munere, locis Deo dicatis quoddam conferimus beneficii ec. Ad Ottinga curte regia, 8 idus (8) maii, 879." De Rubeis, Monum. eccles. aquil. col. 444—446. Böhmer Reg. Karol. 90. **54.**

882.
11 ianuarii.

Pactum inter Veneticos et vicinos eorum Carolo grosso imperatore subditos, supplicante Urso Participatio Venetiarum duce, initum. (L. X, 181, f. 41—43; 310, p. 70—77.)

Inc.: „Carolus . . . . Anno regni eius in Italia primo . . . . Tertio idus (11) ianuarii, Ravena urbe hoc pactum . . . . constituit ac renovari, describi et competenter ordinari iussit." Eadem asserta quae in pacto anni 859.

Documentum in fine mutilum. **55.**

921.
25 martii.

Berengarius imper. concedit, intercedente marchione Grimoaldo, Petro presbytero aquil. potestatem suo castello prope Sabornianum addere *merulas et propugnacula*, *bastitas atque fossata*, ubi quiete degat in perpetuum. (L. IX, 125, f. 18.)

Inc.: „Noverit omnium fidelium ec. Veronae, 8 cal. aprilis (25 martii), 921." Edid. Madrutius. Oper. s. Paulini, 261. Rubeis, Monum. aquil. 454. Extr.; Verci in Marca trivigiana, I, 3. Böhmer tribuit anno 922, in Regesta Karol. p. 129. **56.**

3 octobris.

Idem, eodem intercedente, Friderico I patriarchae aquil. castellum imperiale *Puzioli in comitatu foroiuliano*, cum pertinentiis et iudiciariis concedit, casu quoque quo, paganis irruentibus, documenta perderentur. (L. IX, 125, f. 19.)

Inc.: „Noverit ec. Papie, 5. nonas (3) octobris, 921." Edid. Madrutius. Oper. s. Paulini, 261; Rubeis in Mon. aquil. 455 Extr. Böhmer Regesta Karol. 129. **57.**

931—935. Henricus primus imp. offert Joanni papae XI civitates ac territoria, quae in documento leguntur, *pro remedio anime nostre* seu parentum et successorum *nostrorum*. (L. XIV, 42, f. 10—11.)

Inc.: „Item in partibus Tuscie Langobardorum castellum Felicitatis, Urbem veterem.“ **58.**

962.
13 februarii.

Otho I. imper. una cum filio Othone II. confirmat *divo Petro Romae* donationes iam a Pipino et Carolo Magno factas (Zan. L. 503, f. 25—28). Böhmer Reg. imp. Nr. 253. Mon. Germ. Legg. II^b 164.

Inc.: „Ego Octo una cum Octone glorioso rege filio nostro divina ordinante providentia spondemus . . . . 962, 13 febr. facta est hec pactio feliciter.“

Documentum hoc pluries editum, ex membrana caerulea originali litteris aureis conscripta et Cencio Camerario, f. 108, edidit Theiner in Cod. dipl. domin. temp. s. sedis I, 4—6. **59.**

963.
12 septembris.

Idem donat Widoni episcopo mutinensi ac eius ecclesiae omnes proprietates quas Guido marchio et Conradus dictus Conon, filii Berengarii et Villae reginae acquisiverunt in comitatibus mutinensi, bononiensi et regiensi. (L. IX, 158.)

Inc.: „Si nobis devote famulantibus . . . . Quo circa omnium fidelium . . . . noverit universitas, qualiter nos, consultu et interventu Adelaide dilecte coniugis . . . . Montisferetri, 2 idus (12) septembris, 963.“

Ediderunt Saviolius in Ann. di Bol. I, II, 44, n. XXV; Ughelli II, 104; Tiraboschi Mod. I, 129. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 15. **60.**

964. 2 decembris. Idem indulget ut, ex antiqua consuetudine, territoria, ecclesiae, domus, possessiones ec. Venetorum *infra potestatem imperii sita* indemnia existant. (L. X, 181, f. 58; 310, p. 112—113.)

Inc.: „Dignum est. . . . . Omnium fidelium . . . . noverit industria quia Petrus dux Veneticorum per Adelaidem dilectam coniugem nostram ac per nuncios suos Joannem Contarenum et alium Joannem diaconum. . . 4 non. (2) decembris, 964." **61.**

967. 2 decembris. Idem quae privilegia anno 964 Petro Candiano indulserat, eidem fusiori sermone confirmat. (L. X, 181, f. 59; 310, p. 114—118.)

Inc.: „In nomine . . . . . . anno nongentesimo sexagesimo septimo, imperio d. Othonis piissimi cesaris . . . . . . indict. undecima, quarto nonas (2) decembris, in civitate romana, hoc pactum suggerente et supplicante Petro Venetiarum duce." Documentum in fine mutilum. Ed.: Hormeyr Gesch. Tyrols. I[b] 44. **62.**

2 decembris. Idem Petri ecclesiae *volaterrensis* antistitis, conquerentis occupationes et violentias in ecclesiam suam inlatas supplicationibus annuit, eoque iubet dictae ecclesiae possessiones suis rectoribus reddantur; privilegia episcopo concessa in integrum restituantur; advocatores eius ecclesiae nullam exerceant expeditionem sine proprio episcopo: qui vero ex ducibus, marchionibus, comitibus, gastaldionibus vel publicis officialibus, seu ex clero et plebeis violentiam in rebus mobilibus vel immobilibus dicto episcopo intulerit, tanquam *imperialis praecepti temerarius violator*, ducentas libris auri obrizi eidem ecclesiae vel ipsius rectoribus componere cogatur. (L XIV, 101, n. 180.)

Inc.: „Cum Christi ecclesias sub nostro imperio constitutas imperialis providentia in pristinum statum renovando . . . . . Actum in castro quod dicitur Vado, in comitatu pisense, 4 nonas (2.) decembris, 967." Docum. authent.

V. Fontanini in Vindiciae antiquor. diplomat. 259. **63.**

973.
7 ianuarii.

Otho II. imperator, Adelaide matre suggerente, tribuit *locum qui appellatur Insula in Histria duci venetico* Petro Candiano IV. (L. IX, 125, f. 23, 73.)

Inc.: „Noscat omnium sancte dei ecclesie ac nostrorum fidelium, presentium scilicet et futurorum industria . . . . Ravenne, VII idus (7) januarii, 973." **64.**

974.
2 aprilis.

Idem, precibus Vitalis patriarchae gradensis per nuncium Andreinum delatis indulgens, confirmat privilegia ei a patre Othone anno 967 concessa. (L. IX, 167; X, 181, f. 63; 310, p. 123—127.)

Inc.: „Dignum est ut celsitudo imperialis quantum ceteros homines et potestates fastigio antecellit, tantum erga omnes pietatis sue munus impendere satagat. Igitur omnium fidelium . . . . . comperiat magnitudo qualiter venerabilis Vitalis . . . . Rivoalti 4 nonas (2) aprilis, 974." Böhmer Reg. imp. Nr. 462. **65.**

975.
24 novembris.

Idem Andreae laudensis episcopi votis indulgens, laudensem ecclesiam (cui proprietates, privilegia et iura ab antecessoribus suis concessa confirmat) tuendam suscipit, eoque ut nullus in eamdem ecclesiam, sine episcopi licentia, potestatem habeat. (L. IX, 163.)

Inc.: „Si fidelium nostrorum . . . . Ipsi enim non solum visibilibus verum etiam invisibilibus telis . . . . Actum Imelero, VIII kal. dec. (24 nov.) 975." Edidit Zacharias in Chronotaxis 75. **66.**

976.
17 aprilis.

Idem, suggerente Henrico Kareutanorum duce, confirmat venditionem factam a Vitali Candiano duce veneto, loci *Insula* nuncupati in Histria, Rodoaldo patriarchae aquil. (L. IX, 125, f. 7, 23.)

Inc.: „Noscat." ut et in aliis — „XV cal. maias (17 april.) 976." — Duplex exemplum. — Ughelli, V, 56. **67.**

978.
17 aprilis. Idem, interventu Benedicti aquensis episcopi et Theophaniae conjugis confirmat ecclesiae aquensi donum *urbis districtionis per tria milliaria*, antiquis privilegiis et iuribus ei assertis. (L. IX, 162.)

Inc.: „Decet et oportet imper. excellentiam . . . . Notum igitur esse volumus . . . . aquensis episcopii presulem Benedictum . . . . Curte Astesech, XV cal. maii (17 apr.) 978."

Edidit Moriondi in Monum. aquensia I, 7. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 28.

De documenti sinceritate dubium ingerit stylus a reliquis Othonis diplomatibus prorsus abhorrens. **68.**

12 octobris. Pactum, nomine Othonis II. imper., cum Venetis Justinopoli conventum, quo his data facultas Justinopolim adire; ibi absque ullo telonio negotiari, reverti; imperatori inesse debitum centum amphoras vini, ex antiqua consuetudine, Venetis persolvere. (L. X, 181, f. 72; 310, p. 141—143.)

Inc.: „Imperante domino nostro Othone, anno IV, die 12 mensis octobris . . . . Actum in Justinopoli . . . . Denique cum nos omnes Sisgus comes una cum —."

Pluries editum documentum; a. Lünig in Cod. dipl. It. IV, 1527. — b. Carli in Antich. ital. Append., 16. — c. Romanin. Storia di Venezia, I, 376. — d. Tafel et Thomas. Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte d. Republ. Vened. I, 31—35. **69.**

Otho II. imper. dissidiis inter eum et Veneticos, intercedentibus Adelaide matre et Teophania coniuge, finem faciens pacem init. (L. X, 181, f. 71; 310, p. 140.)

Inc.: „Notum esse volumus, eo quod orta fuit dissensio inter nos et Veneticos, unde nos divina pietate commoti." Edidit Pertz in Mon. Germ. histor. IV, 35. **70.**

982. 18 aprilis. Idem confirmat ecclesiae salernitanae atque eius episcopo Joanni II res et proprietates ab antiquis civitatis principibus concessa, *seu ea que Gisulvus* princeps cum uxore sua Gemma ibi obtulit pro suarum remedio animarum. (L. XIV, 142.)

Inc.: „Si iustis Deoque divinis locis non . . . . solummodo preesse studuerimus . . . . Prope Tarentum, XIV kal. maias (18 april.), 982.

Ex tabulario cavensi edidit Muratorius in Antiquit. It. I, 191. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 32. **71.**

983. 7 iunii. Idem confirmat pacta et privilegia, quae pluries Venetis concessa sunt, Memmio tribuno Veneticorum, supplicantibus eius matre et nunciis venetis Petro Mauroceno monacho et Baduario nobili, nec non Petro Andreadi tribuno. (L. X, 181, f. 78—80; 310, p. 154—160.)

Inc.: „Quoniam divina providentia ab eterno prospiciens cuncta diversa charismatum dona. . . . . . Verone, VII idus (7) iunii, 983."

Extractum in Archiv der Gesellschaft, III, 599. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 33. **72.**

7 iunii. Idem in publico conventu, Veneticis, imperialem celsitudinem hoc sibi deprecantibus, dat facultatem *libere et secure absque ulla lesione per totum suum imperium abire.* (L. X, 181, f. 77; 310, p. 133.)

Inc.: „In nomine ec. Residentibus cum Othone piissimo imperat. ec. Adelaide matre sua cum Theophania coniuge eius, seu principibus *ultramontanis* . . . . VII idus (7) iunias, 983 —"
Plura desunt in fine. Ediderunt Pertz in Monum. Germ. histor. IV, 35, et Romanin I, 379. **73.**

11 iunii. Idem Rodoaldo patriarchae aquil. deprecanti concedit licentiam aedificandi quinque castella in honorem b. Mariae virginis et basilicae aquil. emolumentum, scilicet Buyam, Faganeam, Groang, Utinum, Braizan, quorum unumquodque trium millia-

riorum spatio ab altero distet, concessis iuribus intra datos fines et mulcta librarum mille. (L. IX, 125, f. 28, 31, 109; 164.)

Inc.: „Si ecclesiarum dei curam gerimus easque dilatare studuerimus, nostri imperii fastigium. . . . . Verone, 3 idus (11) iunii, 983." Ternum exemplum. Edidit De Rubeis. Monum. eccl. aquil. 479—481. 74.

13 augusti. Idem supplicationibus habitatorum Capitisaggeris indulgens concedit *usumfructum terrarum, aquarum, silvarum, casarum* ec. in locis nominatim in documento recitatis. (L. X, 181, f. 76; 310, p. 171—172.)

Inc.: „Exemplaria de carta authentica exarata, Petro gastaldione et Vursone Guarizone acceperunt preceptum. . . . . . Idibus (13) augusti, in civitate Verona, 983." 75.

984—1490. Notitia regni Hungariae. (J. VI, 276, f. 96—109.)

Inc.: „El corpo principal del dito regno de Hungaria confina da una parte de Levante. . . ."

Auctor primum notitiam topographicam eorum ingerit, tum quae locorum indolem, confinia, incolas, castra, flumina, tum quae iura principum aut dominorum subditorum tam ecclesiasticorum quam laicorum spectant, ab anno 984 ad 1490, Mathiae et Vladislai regum praesertim gestis evolutis. 76.

986.
11. aprilis. Otho III imperator concedit concordiensi episcopo Benoni sylvam quae *sita est sicut oritur aqua quae vocatur Lemen*, pascua, paroecias in confinibus maris. (L. IV, 52, f. 1; XIV, 28, f. 265—267.

Inc.: „Notum sit. . . . . Quo circa omnium noverit solertia quia, ob impetrationem Petri cumani episcopi et archicancellarii, concedimus Benoni . . . . Verone, ad sanctum Zenonem, tertio idus (11) aprilis, 986.

Joseph Cappelletti in Chiese d'Italia X, 421 dat ex Colcto

(L. IX, 165, f. 154), nescio quo fretus argumento, diem 11. septembris anni 966: Pertz documentum refert ad annum 986. **77.**

990. 19 iunii. Idem, rogantibus Joanne Placentiae archiepiscopo, Joanne patriarcha aquil. ac matre sua, confirmat ecclesiae aquil. *suas res et proprietates*, etiam quas ab antecessoribus habet, una *cum concordiensi episcopatu, monasterio Sexti ac caeteris monasteriis, abbatiis, plebibus, castellis ac terris.* (L. IX, 125, f. 34.)

Inc.: „Si ecclesiis Dei et sacerdotibus earum aliquid de nostra regia munificentia conferimus . . . . . Francofurti, 13 cal. iulii (19 iunii), 990. **78.**

996. 1 maii. Idem dat potestatem Venetis *portum faciendi* in tribus locis suae ditioni subditis, quavis privilegii imminutione remota. (L. X, 181, f. 83; 310, p. 165—166.)

Inc.: „Otto. . . . . Noverit omnium sancte Dei ecclesie . . . . qualiter Petrus (Urseolus II.) sereniss. Veneciarum dux per suos nuncios Petrum Gradonicum et Joannem diaconum . . . . Ravenne, calend. (1) maii, 996."

V. Fantuzzi in Monum. rav. VI, 273. Böhmer Reg. imp. 911—1313, 40. **79.**

3 maii. Comparentibus *in comitatu cenetensi*, coram Vuangerio Othonis III. regis misso, Mauricio Mauroceno veneti ducis advocato et misso, nec non Joanne episcopo bellunensi cum suo advocato, ut lites inter eos super terris, rebus et confiniis dirimerentur, iureiurando utrinque praeposito, Vuangerius, Azelo comite Cenetensi praesenti, sententiam dicit. (L. X, 181, f. 84—85; 310, p. 167—170.)

Inc.: „Dum in dei nomine in comitatu cenetensi, in loco qui dicitur Staphilo in iudicio resideret Vuangerius missus de imperatoris . . . . 3 maii, 996." **80.**

26 iunii. Otho III imperator Joanni patriarchae aquil. deprecanti largitur sex episcopatus scilicet Concordiae, Utini, Civitatis novae in Histria, Rugini, Petenae, Tarsati, quibus locis episcopos ordinet; unaque tres abbatias, videlicet s. Mariae de Organo, Sexti, de Valle, cum earum pertinentiis. (L. IX, 125, f. 32.)

Inc.: „Si sancte Dei religioni devotis, nostreque celsitudini supplicantibus nostre dapsilitatis [1]) exuberationem .... Plistie, 6 cal. iul. (26 iunii) 996.“ Commentitium vel certe suspectum documentum. Rubeis. Mon. aquil. 484. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 41. **81.**

18 iulii. Otho, pro Caesare, dux marchiae veronensis, in publico conventu Veronae, pluribus nominatim assistentibus, petente Mauricio Mauroceno, misso et advocato ducis Venetiarum, sententiam profert super dissidiis inter Venetos ac Joannem Belluni episcopum existentibus, ob praedia aliaque ad Venetos pertinentia. (L. X, 181, f. 86—87; 310, p. 171—175.)

Inc.: „Dum in Dei nomine in civitate Verone, in domo episcopio sancti Zenonis, in lobia majore que est edificata super fluvio Athesis .... 15 cal. aug. (18 iulii), 996.“ **82.**

22 iulii. Orbertus episcopus Veronae, missus Othonis marchiae veronensis ducis, dicit in lite inter Venetos et Izzam *feminam de comitatu bellunensi,* instante Mauricio Mauroceno, misso et advocato ducis veneti, sententiam. (L. X, 181, f. 88; 310, p. 175—176.)

Inc.: „Dum in Dei nomine in comitatu tarvisianensi, in via publica que est prope ecclesiam s. Marie Plebe, sita in Mariniano et non multum longe a ripa fluvii .... Die 11 cal. aug. (22 iulii), 996.“ **83.**

---

1) Dapsilitas, in notis tironianis idem ac *liberalitas.*

997. 31 decembris. Otho III imper., interventu Regiufredi episcopi vercellensis omnes eius ecclesiae canonicos cum familiis et possessionibus eorum *sub defensionis et tuicionis mundiburdio accipit.* (L. IX, 163.)

Inc.: „Decet imperatorem ecclesias Dei semper reparare ut inde a Deo digna valeat mercede remunerari . . . . Papie, 2 kal. ian. (31 dec.) 997.“ Ed. in Mon. Patr. Chart. I, 315. **84.**

998. Idem, precibus Petri Urseoli II Venetorum ducis indulgens, renuntiat censui sibi ac propriis camerariis annuatim soluto, exceptis quadraginta libris (L. X, 181, f. 91; 310, p. 182).

Inc.: „Otto. . . . . Notum sit omnibus nostris fidelibus presentibus et futuris, qualiter Petrus dux Venetiarum et noster compater, per suum nuncium Joannem, videlicet diaconum nostrum . . . . 998.“ **85.**

999. 7 ianuarii. Idem confirmat *terminationem Civitatis novae, quae vocatur Heraclaiana, sicuti facta est tempore Luitprandi regis inter Paulationem ducem et Marcellum magistrum militum.* (L. X, 181, f. 93; 310, p. 188—189).

Inc.: „Otto . . . . Notum sit omnibus . . . . Petrum nostrum dilectum compatrem et Veneticorum ducem, per Joannem diaconum cappellanum suum, nostrum suppliciter . . . . Rome, VII idus (7) ianuarii, 999.“ Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 44. **86.**

27 septembris. Idem ecclesiae ravennati ac eius archiepiscopo Leoni II bona et iura antiquitus concessa confirmat. (L. IX, 158.)

Inc.: „Si locis divino cultui mancipatis . . . . Quapropter agnoscant . . . . qualiter nos pro Dei . . . . interventu ac peticione domni Leonis . . . . Rome, V cal. oct. (27 sept.) 999.“ Edidit Mittarellus. Annal. camald. Doc. I, 155. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 44. **87.**

1001. 1 maii. Idem dat Joanni patriarchae aquil. eiusque ecclesiae medietatem castelli Siligani ac medietatem Goriziae, medietatem domorum in iis finibus, aliaque plura. (L. IX, 125, f. 35.)

Inc.: „Si ecclesias Dei restaurare, rectoresque earum nostro muneri sublimare studuimus . . . . Ravenne, calend. (1) maii, 1001." Boehmerus refert ad diem 28 aprilis. Documentum dimidium retulit Muratori in Scriptt. rer. ital. XVI, integrum De Rubeis in Monum. eccl. aquil. col. 489—490, ac Coroninus in Oper. miscell. I, 12. **88.**

19 iulii. Idem donat Hieronymo episcopo vicentino ac successoribus comitatum vicentinum, cum omnibus juribus et prerogativis. (L. IX, 166, f. 497.)

Inc.: Decet, convenit et iuvat culmen nostri imperii sanctarum ecclesiarum curam gerere . . . . Actum inter Albanum et Anitium, XIV kal. aug. (19 iulii), 1001." Ex tabulario episc. vicentini libro feudorum ediderunt Barbaran in Storia eccl. di Vicenza, l. V. 66, et Cappelletti in Chiese d'Italia, X, 824. **89.**

1002. 16 novembris. Henricus II rex confirmat Petro Urseolo II duci Venetiarum, *eique perpetua stabilitate corroborat* quidquid *in regno italico Veneti hucusque possederunt*, scilicet *in marchia veronensi et comitatu histriensi*, cum confirmatione pacti quod Otho secundus Veronae sibi fecit. (L. X, 181, f. 95; 310, p. 189—190.)

Inc.: „Henricus . . . . Notum sit omnibus . . . . qualiter venerabilis dux Veneticorum et Dalmatianorum, nomine Petrus una cum Joaune filio suo similiter duce . . . . Ratisponae XVI cal. dec. (16 nov.), 1002. Edidit Romanin I, 387. **90.**

1005. Joaunes IV patriarcha aquil. concedit potestatem militi Schinelle de Aumberch, districtus Carinthiae *edificandi turrim seu fortalititium in defensionem ecclesiae aquil.*, propter discursionem Langobardorum, qui destruxerunt hanc patriam pro beneficio ville de Foedis (inter Sophumbergum et marchionatum Attimis) anno 1005. (L. XIV, 287, f. 86.)

Inc.: „Johannes aquil. patriarcha, prout ad debitum suum spectat, honores et utilitates et commoda dicte aquil. ecclesie . . . . 1005.“ **91.**

1014. 21 maii. Henricus imper. Ildeprando, episcopo veronensi iura et bona monasterii s. Zenonis confirmat. (L. IX, 166, f. 486.)

Inc.: „Quia regalis et imperialis potestas super omnia et pre omnibus divino . . . . Actum Verone, XII kal. iunii (21 maii) 1014.“ Ediderunt a. Muratorius. Antiquit. Ital. II, 798, cum diplomatis authent. exemplo; b. Biancolinus. Chiese di Verona, I, 47; c. Argelatus. De monetis Ital. I, 47; d. Lami. Monum. eccl. florent. II, 1156. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 57. **92.**

1014. Idem prohibet episcopis bononiensibus quamcumque bonorum propriae ecclesiae alienationem, absque archipresbyteri, archidiaconi, caeterorumque canonicorum consensu. (L. IX, 158.)

Inc.: „Omnibus fidelibus presentibus seu absentibus notum fieri volumus quod curam ecclesiarum iure gerere debemus. . . . Ravene, 1014.“ Nicolaus Coletus protulit in codice ex biblioth. instituti scientiar. bononiensis, impressum vero dedit document. Savioli in Annal. di Bologna, I, 2, 69. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 56. **93.**

1018. 26 iunii. Idem advocatiam super monasterium sonnamburgense a Volcholdo in honorem b. Mariae virg. erectum, petente Vodalrico II, episcopo tridentino, in propriam tuitionem suscipit. (L. IX, 166, f. 386.)

Inc.: „Quandocumque nostre imperialis corroborationis pie exposcitur suffragium, celeri cum affectu . . . . Auguste, VI kal. iulii (26 iunii) 1018.“

Bonelli dedit ex tabulario episc. trident. in Notizia istor. della chiesa di Trento, II, 363. **94.**

1019. Idem Oddoni abbati monasterii sanctorum Salvatoris et Benedicti in Leone (Leno), dioecesis brixiensis, indulget usum prae-

diorum a Fidelibus dicto monasterio oblatorum et iurium tum personalium tum realium.... (L. V, 58—59, n. 47; IX, 162.)

Inc.: „Si ecclesiarum Dei utilitati prospicimus, omnia circa nos prosperari nullatenus diffidimus . . . . Radesbone, 1019." Primum documentum est membran. authent., alterum exemplar recens.

Ediderunt Luchi. Monumenta monasterii leonensis, 93—95; et Zaccaria: Dell' antichissima badia di Leno, 93—95, qui documentum valde suspectum pluribus evincit. **95.**

1020. Idem confirmat b. Petro, in eoque pontifici Benedicto VIII, donationes ei factas a Pipino, Carolo Magno, Ludovico, Othone primo et secundo. Accedunt subscriptiones episcoporum, abbatum, ducum et comitum. (Zan. L. 503, f. 28—31. L. XIV, 42, fol. 11—19.)

Inc.: „Ego Henricus, Dei gratia imp. aug. spondeo atque promitto per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro, apostolor. principi et clavigero . . . ."

Ex Cencio Camerario, f. 109. Bulla Innocentii pp. IV Lugduni edita, et Reg. Nicolai pp. III, tom. II, f. 6. Theiner. Codex diplomat. dominii temp. s. sedis, I, 7. Pertz Mon. Germ. Legg. II[b], 174. **96.**

1022. 31 maii. Idem confirmat eccles. salernitanae ec eius archiepisc. Amato II res et proprietates ab antiquis principibus civitati concessas. (L. IX, 142.)

Inc.: „Si iustis Deoque dicatis locis . . . . Actum Troie, pridie kal. iunii (31 maii) 1022." Edidit Muratorius Antiqnitt. It. I, 193. Böhmer Reg. imp. 911—1313, 63.

Etsi diploma magna ex parte conveniat cum dato ab Othone imp. Joanni II. episcopo anno 982, tamen in additis differt, unde elucet Joannem post dissipata suae ecclesiae bona aliam ecclesiam vi invasisse, quod innuunt verba, *eo quod contra canonicam auctoritatem suam deseruit sedem et ad aliam*

accessit, quod omnino fieri non potuit secundum auctoritatis canonum iustituta. **97.**

1027. Certantibus inter se Popone patriarcha aquil. et Adalberto duce Carinthiae super foluo, angariis et servitiis quae iste sibi tributa asserebat super cartis, castellis, villis ac eorum pertinentiis in patriarchatu aquil., Volricus Poponis advocatus quatuor sacramentales inducit qui contrarium affirment. (L. IX, 125, f. 52; 164.)

Inc.: „Cum in Veronense comitatu, in laubia [1]) s. Zenonis solarii et in iudicio resideret dominus Chonradus gratia dei imper. aug. una cum filio suo Henrico, ec. . . . 1027."

Retulit De Rubeis. Monum. eccl. aquil. 500—502. **98.**

1028. 11 septembris. Conradus II imperator concedit Poponi patriarchae aquil. licentiam monetam publicam infra civitatem Aquileiae, ex puro argento cadendi, veronensis monetae denariis aequiparandam. (L. IX, 125, f. 40; 164.)

Inc.: „Ex nostro antecessorum constituto didicimus nostri esse iuris sancte matris ecclesie res . . . . Immideshirton, 3 idus (11) sept., 1028." Edidit de Rubeis in Mon. eccl. aquil. 505, haec addens: Authenticum exemplum Utini in archivio ecclesiae s. Mariae majoris adservatur. V. Argelati I, 140; II, 96. **99.**

Io. Franc. Bern. Mon. De Rubeis, apologeticon diplomatis pro instituenda officina monetaria aquil. a Conrado II imper. Poponi patriarchae aquil. dati contra quod Joannes Arnaldus Carli-Rubbi in dissertatione anonyma: Dell' origine e del com-

---

1) *Laubia* ut et *Lobia* ac *Lobium* idem est ac porticus ad spatiandum, ex theuton. *Laub*-Frondes, quod porticus in praediis rusticis foliis obducatur. S. Remigius remensis scribit in *polyptycho*: „Habet mansum dominicatum, casam cum *laubia* et cellario."

mercio della moneta, e dell' istituzione delle zecche d'Italia (Haja, 1751) asseruerat, nempe diploma illud seu spurium reiiciendum. (L. XIV, 137, f. 76—108.) **100.**

1029. 10 octobris. Conradus II imp. donat Poponi patriarchae aquil. sylvam sitam in pago Foriiulii. (L. IX, 164.)

Inc.: „Noverit omnium nostri fidelium universitas qualiter nos . . . . quandam sylvam sitam in pago . . . . VI idus (10) octobris, 1029."

Documentum (magni faciendum quod ea *sylva* serius constituat dominium austriacum Portusnaonis) protulerunt lectione vitiata Rubeis in Monum. eccl. aquil. 504, et Asquini. Forogiulio de' Carni, 15—16. **101.**

1031. 27 februarii. Idem, Hubaldo veronensi episcopo petente, et obtentu Gislae imperatricis, confirmat ecclesiae cremonensi donationes possessionum privilegiorum et iurium quibus hucusque gaudebat. (L. IX, 162.)

Inc.: „Si sancta . . . . Quocirca . . . . noverit universitas Hubaldum venerabilem . . . . Goslare, 5 kal. martii (27 febr.) 1031." Editum in Muratori. Scriptt. rer. it. I, 417, II, 73, ac in Origin. guelf. II, 123. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 69. **102.**

1034. 8 martii. Idem, ubi animadverterit Poponem patriarcham aquil. in concilio Romae habito *reclamasse de Grado insula plebe sua,* quam Venetici sibi adsciverant, episcopatu in ea constituto, non solum concilii iudicio Poponem in eius possessionem inducit, sed, coniuge Gisla aliisque sollicitantibus, donat ei ac successoribus, *contra Veneticos semper imperio nostro rebelles.* (L. IX, 125, f. 55—56).

Inc.: „Si ecclesie dei per alicuius detentionis immanitatem destructe . . . . . Seligenstat, 8 martii, 1034." **103.**

1038. 16 martii. Idem donat Ingoni episcopo mutinensi ac eius ecclesie omnem comitatum civitatis Mutinae cum suis pertinentiis. (L. IX, 158.)

Inc.: „Conradus . . . . Si . . . . quisquis locis Deo dicatis sua concesserit, haud immerito prosperabitur . . . . Actum Coloniae, XVII kal. apr. (16 martii), 1038.“ Ed. Muratori Ant. It. VI, 41. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 72 (ad ann. 1039). **104.**

1040. 3 ianuarii. Henricus III imperator Poponi patriarchae aquil. episcopatus, abbatias, plebes, monasteria cum pertinentiis et iuribus largitur, immo confirmat, quod eius antecessores easdem possessiones ac pertinentias patriarchis aquil. vindicaverint. (L. IX, 125, f. 41.)

Inc.: „Si ecclesiarum Dei cultores nostre largitatis munere ditare studuerimus, id ad nostri regni statum . . . . Ratisbone, 3 ianuarii, 1040.

Habet Ughelli, V, 54. Böhmer. Reg. 911—1313, 73. **105.**

8 ianuarii. Idem donat eidem eiusque successoribus quinquaginta villas in marcha Craina, sitas in comitatu marchionis Eberardi. (L. X, 181, f. 105; 310, p. 204—205.)

Inc.: „Divine mentis dispositio que post excessum dive memorie Riprandi, nostre sollicitudinis, scilicet regalis potentie non ignara misericorditer . . . . Auguste, 8 ian. 1040.

Edidit Ughelli, V, 55. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 73. **106.**

1050. 11 novembris. Idem petitis Michaelis abbatis monasterii s. Zenonis Veronae, conquerentis se ab invasoribus multum dispendii passum, indulgens, concedit duos monasterio advocatos Benfredum et David. (L. IX, 166, f. 489—490.)

Inc.: „Imperialem sublimitatem condecet ut quanto ceteris dignitatibus excelsior colitur . . . . Actum Verone, 3 idus (11) nov., 1050.“

Edidit Muratori in Antiqq. It. V, 291. **107.**

1052. 17 iunii. Henricus imp., instantibus *contectali* Agnete, cancellario Opizone et Arnaldo episcopo aretino, statuit *ut in s. aretina ecclesia nullus marchio existat*, dat *integram medietatem de placito et omni districtu per totum comitatum ac de curatura* b. Donato (Aretii patrono); licentiam quoque episcopis percutiendi denarios. (L. IX, 155.)

Inc.: Decet nostram imperialem celsitudinem sanctarum ecclesiarum continuam habere sollicitudinem. Quapropter omnium fidelium .... XV kal. iul. (17 iunii), Turego, 1052." Coletus dedit in codice marciano ex tabulario ecclesiae aretinae. **108.**

1053. 18 maii. Idem petitis Odalrici brixiensis episcopi indulgens, confirmat donationem quorundam bonorum factam monasterio et ecclesiae b. Petri apostoli, vulgari lingua *mons s. Petri* appellato. (L. IX., 162.)

Inc.: „Si circa monasteria .... Quapropter .... solers industria noverit qualiter Odalricus .... Goslar, XV kal. iunii (18 maii), 1053." Ed. Gradonicus Ser. pont. brix. 174. **109.**

1054. 12 februarii. Idem Benedicto episcopo adriensi *mandeburdium* suae protectionis fieri iubet. (L. IX, 158.)

Inc.: „Notum sit .... qualiter adriensis episc. Benedictus Turegi nostram adiens clementiam rogavit .... Turegi, 2 id. (12) febr., 1054."

Edid. Muratori in Antiqq. It. VI, 331; Speronius. Adriens. episcop. series, 58—61. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 82. **110.**

1061. 16 decembris. Henricus IV rex Godobaldo aquil. patriarchae, petenti ut sibi antiqua in gradensem ecclesiam privilegia confirmentur, benignum praebet assensum, statuitque ut plebs gradensis, cum omnibus suis pertinentiis et iuribus, dicto patriarchae et successoribus suis in perpetuum subsit. (L. XIV, 101, n. 2.)

Inc.: „Si ecclesiarum Dei scissuras ad pristini status unitatem

redintegrare videmur, id non solum ad anime nostre remedium, verum etiam ad regni nostri augmentum prodesse speramus . . . Radesbone, XVII kal. ian. (16 dec.) 1062 (1061).

Pertz. Archiv der Gesellsch. V, 621. **111.**

1070.

Alexander papa II. nuntiat Annoni archiepiscopo coloniensi ita confirmasse abbatiam sigebergensem ut nullus audeat eam demoliri, et libera abbatis electio iis monacis tantum data sit. (Zan. L. 190, f. 11.)

Inc.: „Quod ad nobis Deo dilecte frater expetis ex officio suscepto et apostolica auctoritate universa . . . . Datum . . . anno 1070.“ **112.**

11 aprilis.

Heinricus IV rex interventu uxoris Bertae reginae et Burchardi Halberacensis, ecclesiae tarvisinae eiusque episc. Acilino confirmat privilegia a praedecessoribus suis collata. (L. X, 181, f. 112; 310, p. 218—219.)

Inc.: Henricus . . . . Quantum regie dignitatis est ecclesias edificare et edificatas dicare, tantum eterne felicitatis esse speramus dicatas . . . . Constantie, 3 idus (11) aprilis, 1070.“

Böhmerus errorem Ughelli (V, 516) *Gofrari* male emendavit Goslari, ubi legendum Constantiae. Partem diplomatis edidit Capelletti in Chiese d'Italia, 10, 613. **113.**

1072.
10 novembris.

Cacelinus, comes palatinus Carinthiae donat praedia Friderico patriarchae aquil. eo pacto ut *Mosacii* in Foroiulii *divinum famulatum ordinet*, monasterium nempe erigat. Friderico demortuo Odalricus successor abbatiam Mosacii condendam hoc documento iubet. (L. IX, 125, f. 131; 164; X, 58.)

Inc.: „Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Quapropter notum sit omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris qualiter comes Kacelinus allodium suum . . . . . 10 nov. 1072.“

Protulerunt Madrisius in Oper. s. Paulini, 262—263 et de Rubeis in Mon. eccl. aquil. 545.

Cum anno 1072 Aquileiae Sigeardus sederit patriarcha, Vodalricus autem I Friderico anno 1085 successerit, documentum, certe commentitium, ideo referendum censui quod illud discutiendum sumpserint docti viri Fontanini Justus in opere: Di s. Colomba vergine sacra della città d'Aquileia. Roma, 1726, 93, ac De Rubeis loco citato. **114.**

Gregorii papae VII epistolae.

1073—1080. Quae Germanis datae sunt, eas profero epistolas ex duobus codicibus (Zan. L. 190; L. III, 19.). Primus chartaceus concinne exscriptus sub fine saeculi decimiquinti, cum titulis et litteris initialibus rubro colore adpictis ex biblioth. Farsetti in marcianam delatus est. (V. Biblioteca ms. di Tommaso Gius. Farsetti — Venezia, 1771, p. 17). Epistolae fere ex integro cum editis in Concil. a Labbè, Florentiae, 1775, vol. XX, 55—392 conveniunt, numero et ordine servatis, nisi quod editor in quinque partitus est libros quem sextum dicit amanuensis; praeterea epistolae tertia usque nonam sexti libri ad finem codicis apponuntur, ac appendix trium epistolarum pubblici iuris facta in codice desideratur. Codex ms. alter, non una manu saeculo decimosexto propere exscriptus, plurium pontificum exhibet epistolas. **115.**

1074. 1 ianuarii. **a.** Pontifex Germanos ad arma contra infideles capienda, praesertim ad Christianos ultra mare in constantinopolitano imperio habitantes defendendos, hortatur. (190, f. 34; 19, f. 64.)

Inc.: „Ad vos iam pervenisse credimus . . . . . Romae, 1 ian. 1074. Mansi ad diem 16 decembris refert.

(Epistolar. II, 37.) Mansi, 153.

28 octobris. **b.** Idem Salomonem regem Hungariae reprehendit quod sceptrum regni potius regiae maiestatis beneficium quam apostolicae recognoscat. (190, f. 35; 19, f. 54.)

Inc.: „Littere tue ad nos tarde propter moram nuntii tui allatae sunt . . . . Rome, 5 cal. nov. (28 oct.) 1074."

(Ep. II, 13.) Mansi, 138.

12 decembris. **c.** Idem Liemarum archiepisc. hamburgensem et bremensem ad synodum *quadragesima prima hebdomada* celebrandum vocat; interim eum fungi munere suo vetat, quod Albertum praenestinum et Giraldum ostiensem episcopos, legatos suos a gerendo concilio impediverit. (190, f. 32; 19, f. 60.)

Inc.: „Quia suscepti beneficii quo te s. r. e. voluit honestare te immemorem . . . . Rome, pridie idus (12) decembris, 1074."

(Ep. II, 28.) Mansi, 146.

1075.
10 ianuarii. **d.** Idem Judith Hungariae reginam consolatur et ad patientiam hortatur; quae ad eius honorem pertinent se curaturum. 190, f. 35; 19, f. 67.)

Inc.: „Multe ac diverse cause sunt . . . . Rome, 4 idus (10) ian. 1075."

(Ep. II, 44.) Mansi, 157.

1076.
25 iulii. **e.** Idem episcopos, abbates ec. rogat ut Henricum imperatorem *de manu diaboli emant* et ad veram poenitentiam provocent, proptereaque ab eo se subtrahant. (190, f. 35; 19, f. 107—108.)

Inc.: „Sed quia nostri est officii homines . . . . Laurenti, 25 iulii, 1076."

(Ep. IV, 1.) Mansi, 206.

3 septembris. **f.** Idem hortatur omnes in regno teutonico habitantes nt benigne suscipiant Henricum imperatorem, *si ex toto corde ad Deum conversus fuerit*, secus alium idoneum regem eligant. (190, f. 35; 19, f. 110—111.)

Inc.: „Si litteras qnibus Henricus dictus rex in sancta synodo,

iudicio sancti spiritus . . . . Laurenti, 3 nonas (3) septembris, 1076."
(Ep. IV, 3.) Mansi, 210.

1078. 30 septembris. **g.** Idem Udonem trevirensem archiepiscopum et eius corepiscopos suffraganeos hortatur ita agant ut ostendant libertatem ecclesiae et salutem animarum se dilecturos. (190, f. 36; 19, f. 134—135.)

Inc.: „De motu et perturbatione regni Theutonicorum quantam sollicitudinem . . . . . Rome, pridie cal. octobris (30 sept.), 1078."

(Ep. V, 7.) Mansi 241 ad hunc diem anni 1077 refert.

1079. 1 aprilis. **h.** Idem laudat Ladislaum Hungariae regem *propter servitia et obbedientiam b. Petro*, et quod servet *in moribus normam iustitie ac lineam nobilitatis in sanguine.* Commendat revocet extorres, ecclesias defendat, legatos ad se mittat. (190, f. 36; 19, f. 161—162.

Inc.: „Sicut fidelium tuorum crebra relatione . . . . Kal. (1) aprilis, 1079."

(Ep. VI, 29.) Mansi, 278 ad diem 21. martii anni eiusdem refert.

1 octobris. **i.** Idem coram Christi fidelibus *in regno theutonico commorantibus* se excusat quod quidam eum *de prenimia duritie ac impietate* circa Henricum imperat. *redarguerint*, in legatos culpam reiiciens. (190, f. 36; 19, f. 169—170.)

Inc.: „Pervenit ad nos quod quidam ex vobis . . . Rome, kal. (1) octobr. 1079.

(Ep. VII, 3.) Mansi, 290.

2 novembris **k.** Idem Vuezelinum ducem prohibet ab armis capiendis in regem Dalmatiae, *auctoritate apostolica constitutum*: monet aut iudicium ab apostolica sede expectet, aut excommunicationis sententiam incursurum. (190, f. 37; 19, f. 170.)

Inc.: „Scias nos de prudentia tua multum mirari . . . . Rome, 4 nonas (2) nov. 1079.“

(Ep. VII, 4.) Mansi 290, refert ad diem 4 octobris.

1080. 22 septembris. I. Idem Christi fideles *in theutonico regno morantes*, praesertim sacerdotes, hortatur ut, *nulla gratia vel timore praepediente, subiectorum actus diligenter inspiciant et que amputanda sunt resecent.* (190, f. 42; 19, f. 197—198.)

Inc.: „Quum nihil in terra sine causa fit . . . . Rome, 10 cal. oct. (22 sept.) 1080.“

(Ep. VIII, 9.) Mansi 321.

1077. m. aprilis. Henricus IV rex tradit ecclesiae aquil. eiusque patriarchae Sigeardo *comitatum Foriiulii et villam Lunzanigam dictam, omneque beneficium quod Ludovicus comes habebat in eodem comitatu situm, cum omnibus ad regalia et ducatum pertinentibus.* (L. IX, 125, f. 58; 164.)

Inc.: „Patrum nostrorum orthodoxorum exempla secuti, qui rebus suis ecclesias Dei edificantes . . . . Papie, 1077.“

Edidit de Rubeis in Mon. eccl. aquil. 537—538. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 94. **116.**

1084. 17 iunii. Idem confirmat Sigebodo episc. veron. et Werinherio abbati monasterii s. Zenonis Veronae bona et iura eidem monasterio pertinentia. (L. IX, 166, f. 491.)

Inc.: „Imperialem sublimitatem condecet ec. . . . . Actum Verone, XV kal. iulii (17 iunii) 1084.“

Edidit Muratori Antiqq. It. I, 739. Böhmer. Reg. 911—1313, 96. **117.**

1094. Idem, imperator *compaternitatis vinculis* adstrictus erga Vitalem Faletrum ducem Venetiarum, *cuius filiam sacro fonte*

levavit, confirmat et renovat privilegia omnia ei ab antecessoribus suis concessa. (L. X, 181, f. 114—116; 310, p. 221—227.)

Inc.: „Henricus . . . . Quoniam stabilem christianorum principum caritatem operari . . . . Tarvisii, 1094." Pertz Arch. der Gess. III, 601. **118.**

1103. 6 octobris — Ubaldus et Joannes, natione germani, lege viventes Langobardorum, vendunt Saxoni de Alpuino de Zaupola, pretio denariorum argenteorum veneticorum viginti, casas proprias cum molendino et suis cohaerentiis . . . . (L. XIV, 102, n. 534.)

Inc.: „Constat nobis Wbaldo et Johannes (sic) germanis filiis quond. Azonis de Castelon, qui professi sumus . . . Actum in loco Zaupola, in casa ipsius Saxonis, sexto die intrante octobris, 1103."

Accedunt signa testium germanorum Ubaldi et Joannis; langobardorum Acil, Pasqual ac Odolrici; romanorum Saracini, Viti et Titiani. Waltilo notarius chartam complevit. **119.**

1111. 1 martii. — Henricus V rex concedit in feudum Theodotio comiti de Donaritico, pro civitate recipienti, civitatem pisanam cum districtu, aliaque ab ea dependentia. (I. VI, 48, f. 87—89.)

Inc.: „Regalem excellentiam votis omnibus ac petitionibus fidelium servorum clementer accedere, illorum precipue quorum fides et devotio . . . . Acta sunt hec anno Dom. 1111, ind. nona Pisis, calend. (1) martii." Apographum recens innumeris scatet erroribus. **120.**

11 aprilis. — Idem Paschali papae II spondet quod eum ac cardinales a captivitate redemptos *intra portam transtiberine civitatis perduci* curabit, pacem servabit, ecclesiae romanae patrimonium ablatum restituet. (L. XIV, 9, f. 9.)

Inc.: „Ego Henricus rex quarta vel quinta feria proxima dimittam dominum papam et episcopos . . . . . Actum 3 idus (11) aprilis, tertia feria post octavas pasche."

Ex historia patet Henricum V non ante Paschalem pontificem, episcopos et cardinales captivos dimisisse, quam pontifex iuraverit Henricum de investituris episcopatuum et abbatiarum nunquam inquietaturum,[1]) cum sponsione nunquam anathema contra eum ponendi, quinimmo eum coronandi (qui ritus die 13 aprilis habitus est). Caetera quae rem spectant lege in Dumont: Corps diplomatique, I, 1, 61—64. Theiner in Cod. dipl. dom. temp. s. sedis, I, 10—11 protulit documentum diei 9. februarii, non item subsequens diei 11. aprilis quod exhibet codex marcianus saec. XV, continens *Gesta paparum omissa in chronicis*: extremum dedit Baronius in Annal. eccl. a. 1111, XX. Pertz Mon. Germ. Legg. II, 72. **121.**

22 maii. Henricus V imperator antiqua privilegia Ordelapho Phaletro duci Venetiarum confirmat, fere iisdem verbis ac in documento anni 1094. (L. X, 181, f. 122—124; 310, p. 238—245.)

Inc.: „Quantum stabilem christianorum principum caritatem operari plurima bona . . . . Actum est Verone, XI kal. iun. (22 maii), 1111.

Sub fine addita Venetorum sponsio solvendi imperatori ac successoribus eius annuatim in mense martio quinquaginta libras denariorum, totidem piperis et unum pallium: cuius pacti ne verbum quidem apud Lünig, qui documentum protulit in cod. Ital. II, 1951—1956. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 102. **122.**

1112. 13 aprilis. *Cassatio* privilegii quod extorsit imperator a pontifice, sive sententia contra privilegium regi datum. (L. XIV, 9, f. 10—11.

Inc.: „Privilegium illud quod non est privilegium, nec vere dici debet. . . . . Actum idus (13) aprilis."

Anno 1112 episcopi congregati in concilio lateran. revocant privilegium, a pontifice Paschale II Henrico IV imper. concessum.

1) Privilegium hoc lege in Baronii Annal. eccles. a. 1111, §. XXIII.

Baronius edidit in Annal. eccl. a. 1112, VII, qui notat: *Engolismensis episcopus Gerundus hanc in scriptis sententiam recitavit.* **123.**

1114. 6 februarii. Henricus imp., intercendentibus Burchardo episcopo monasteriensi et Erlungo wirceburgensi, statuit ut Gumbaldus episcopus tarvisinus ac eius successores a servitii imperialis exactione quod Veronae praestare tenebantur, soluti remaneant. (L. IX, 166, f. 326.)

Inc.: „Patrum nostorum orthodoxorum exempla sequuti, qui ecclesias Dei tam rebus ad phiscum regium pertinentibus . . . Spire, VIII id. (6) febr. 1114."

Edid. Verci ex tabul. episc. tarv. in Storia d. marca triv. Doc. I, p. 12. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 104. **124.**

1123. 6 octobris. Idem *dimittit omnem investituram per annulum et baculum*, ac regalia et possessiones s. Petri Callixto papae II, cui spondet auxilium. (Zan. L. 503, f. 109—110; L. XIV, 42, f. 11.)

Inc.: „Ego Henricus Dei gratia Romann. imper. pro amore Dei et romane ecclesie ac domino papa Callisto, et pro remedio anime mee dimito Deo. Vormatiae, 6 octobr. 1122." Ex originali Armar. I caps. 7, n. 11 edidit Theiner in Cod. dipl. dom. temp. s. sedis, I, 11. Etiam Du Mont, Corps diplom. I, 1, 66. Pertz Mon. Germ. Legg. II, 76. **125.**

1125—1215. Anonymi Herbipolensis annales, ideo *Herbipolenses* dicti, ann. 1125—1215. (Zan. L. 398, f. 247—255.)

Excipiunt chronica Ekkeardi num. 13 nominata, pariterque res praesertim germanicas spectant. Eos solertibus curis L. C. Bethmann ex marciano codice exscriptos edidit primum Georgius Henricus Pertz in Mon. Germ. hist., XVI, 2—12. **126.**

1133. 8 iunii. Innocentius papa II investit Lotharium imperatorem allodio comitissae Matildis, eo ut singulis annis centum libras argenti sibi et successoribus suis exsolvat, eoque demortuo *ad romanam ecclesiam sine diminutione*. (Zan. L. 503, f. 34.)

Inc.: „Si auctoritas sacrorum pontificum et potestas imperiali vestre glutino caritatis . . . . Datum Laterani, VI idus (8) iunii“ .. . . 1133. Folio 35 inest chartula comitissae Matildis.

Protulerunt Baronius in Annal. eccl. a. 1233, III, ac Theiner in Cod. dipl. domin. tempor. s. sedis, I, 12. **127.**

1136. Peregrinus I ex ducibus Carinthiae, patriarcha aquil. confirmat monasterio ordinis s. Benedicti in loco Mosnil possessionem omnium bonorum quae Cacelinus et sui praedecessores Wodalricus [1]) ex ducibus Carinthiae ac Gerardus eidem monasterio donaverunt. Testes sunt Wodalricus dux Carinthiae, Bernardus advocatus, Hugo de Tufers, Joannes de Soranabo, Ado romanus vicedominus, Udalricus de Fledinich, Wernardus Crofil, Flecil et Adilber civitatenses, Pertholdus et filius Wodalricus, Wolfrigil dapifer, Durinch et Rodulphus fratres, Otho camerarius, Verane et Wodalricus de Medun, Harmannus concordiens. episcop., Borpoldus parensis episc., Wodalricus archidiaconus, Arrusius abbas Rosacii, Joannes magister sanctae . . . . ., Pertholdus et Amicus et Laginus cappellani. (L. V, 58—59, n. 51; IX, 164.)

Inc.: „Notum sit omnibus Christi fidelibus . . . . qualiter venerabilis predecessor meus felicissime memorie Wodalricus patriarcha monasterium quoddam in allodio . . . . 1136, apud Rosacium, imperante Lothario.“

Docum. authent. membran. **128.**

8 octobris. Lotharius imperator antiqua privilegia Venetorum confirmat, pacto retento de quinquaginta libris Caesari annuatim solvendis. (L. X, 181, f. 125—127; 310, p. 246—254.)

1) Ulric I.

Inc.: „Quoniam stabilem christianorum principum caritatem comparari plurima bona ad multorum utilitatem evidenter novimus . . . . curavimus Petrum Polanum . . . . ducem Veneticorum . . . . Actum in viridi Coregia prope Wartstallum, 5 non. (3) oct. 1136.

V. Muratori in Script. rer. Ital. XII, 278. Böhmer Reg. imp. 911—1313, 112. **129.**

1140. Conradus III rex bona, iura et privilegia ab antiquo possessa Guberto episcopo feltrensi confirmat. (L. IX, 165, f. 168.)

Inc.: „Notum esse volumus quod petitione . . . . . confirmamus et stabilimus . . . . Ratisbone, 1140."

Ediderunt Verci in St. d. marca triv. Doc. I, n. 15, p. 18; Hormayr, Beiträge z. Gesch. Tyrol's, II, 181; Cappelletti, Chiese d'Italia, X, 139—141. Böhmer Reg. imp. 911—1313, 115. **130.**

1149. 15 maii. Idem reddi iubet Odalrico abbati Mosacensi omnes possessiones, quas singillatim enumerat, iam a comite Cacelino abbatiae eidem dono datas, ac antiquiora privilegia confirmat, eo ut regii rescripti violator centum marcas puri auri solvere teneatur. (L. IV, 164; I. V, 58—59, n. 2.)

Inc.: „Capta a Paganis civitate Rohas, hortatu ac monitis sanctiss. pape Gregorii nec non et domni Bernhardi . . . . . Freisach, idus (15) maii, 1149.

Sub initio de malo cruciatae successu ac de praepropero per Alpes reditu sermo.

Ex autographo exemplum in docum. marcian. membran. sumpsit magister Albericus notarius Peregrini I patriarchae aquil. (1132—1161.) Ed. Cappelletti Le Chiese d'It VIII, 201. Böhmer Reg. imp. 911—1313, 120. **131.**

1154. 22 decembris. Pacta inter Dominicum Maurocenum ducem Venetiarum et Fridericum I regem, inita per Dominicum Maurocenum ducis

filium 22 dec. in obsidione castri Gallan, 1154. (L. XIV, 71, n. 4).

Documentum authentico simile, membranaceum ita est vetustate exesum ut minima eius pars legi possit. Confer Muratori, Scriptt. rer. ital. XII, 286; Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 123. **132.**

1155. Fridericus I imperator nuntiat Tiburtinis eorum civitatem dimisisse Hadriano papae IV, proptereaque ab iuramento fidelitatis absolvit, salvo in omnibus iure imperiali. (Zan. L. 503, f. 41.)

Inc.: „Universitatem vestram notum esse volumus quod ab reverentiam b. P. principis apostolorum."

Edidit ex Cencio Camerario f. 134, Theiner in Cod. dipl. dom. temp. s. sedis. I, 17, n. XXI. **133.**

1159—1177. **Historia schismatis ecclesiae dissidiique inter Alexandrum III pontificem ac Fridericum I imperatorem, nec non pacis inter eos Venetiis habitae.**

Chronicorum de schismate, Alexandro III pontifice, summarium. (I. V, 30, f. 37—41; VII, 221, p. 57—92.)

Inc.: „E da saver che in del tempo de papa Adrian 1152 fo electo re d'Alamagna Federigo Barbarossa, el qual vol esser incoronà per forza."

Protulit Fortunatus Ulmus in 'Historia della venuta a Venetia occultamente nel 1177 di papa Alessandro III e della vittoria ottenata da Sebastiano Ziani doge'. Venetia, 1629, p. 26—62. **134.**

Historia schismatis in Alexandrum papam III anno 1159 initi, 1177 ad finem perducti, ex priscis fontibus per abbatem

Fortunatum Olmo eruta, cum proaemio ac comprobatione occulti eius pontificis Venetias adventus anno 1177, nec non victoriae ducis Sebastiani Ziani, mari contra Fridericum caesarem relatae. Itale. (I. VII, 215—221)

Auctor, quod opus: 'Historia della venuta' plures, maxime vero *Felix Contelorus* [1]) severiori sermone refutarint, argumentum oratione fusiori anno 1644, septem voluminibus folio maximo retractavit; et quidem primo proaemium; quinque sequentibus insunt obiecta latine (cum versione itala) a Conteloro, ut et auctoris confutationes; extremo documenta ex chronicis antiquioribus ravennatensi, venetis, germanicis, videlicet poema *Castellani Bassaniensis* (1331) *de pace inter ecclesiam et imperium*, historiae quamplurimae, litterae pontificales, inscriptiones, picturae palatii ducalis Venetiis. Quaedam ex documentis auctor operi impresso, de quo supra, interposuit. **135.**

Narratio eorum quae inter Alexandrum III et Fridericum imper. anno 1174, Sebastiano Ziani duce, evenerunt. (I. VII, 212, f. 1—9.)

Inc.: „De communi voto et concordia electis unt undecim no-

1) 'Concordiae inter Alexandrum III summum pontificem et Fridericum I imperatorem Venetiis confirmatae. Narratio ad veritatis scriptum stabilita. Criminationes ab authore actorum Alexandri tertii et chronico Romualdi archiepiscopi Salernitani depulsae. Caesaris cardinalis Baronii authoritas a calumniis vindicata ex notis et animadversionibus Felicis Contelori, biblioth. vaticanae custodis, ad Fortunati Ulmi libellum de Alexandri tertii occulto adventu Venetias, anno 1177.' Parisiis, 1632, p. 260, fol. Auctor ita praefatur: „Ea (Ulmi argumenta) ut ordine confutentur primo loco in duodeviginti testimonia, quae ipse capite primo ad tuenda suorum fabulatorum somnia, velut aciem contra nostros direxit, impressionem faciam . . . . . Caetera eius libri, quaecumque tandem sint, quod Ulmum usquequaque excutere in animo non est, intacta atque inexplorata abire permittam."

biles viri qui iuraverunt se electuros in ducem eum quem scirent sapientiorem."

Anonymus narratiunculam, in documentis Fortunati Ulmi desideratam, ex historia latina apud d. Antonium Marsilium, cancellarium inferiorem Venetiis extanti exscripsit. Angelus Zon, qui opellam cum chronicis altinat. contulit, protulit in 'Memorie intorno alla venuta di papa Alessandro III in Venezia nell' anno 1177 e ai diversi suoi documenti' quas operi inseruit Iscriz. venez. IV, p. 588—593. **136.**

Documenta ad historiam Alexandri III et Friderici Barbarossa illustrandam. (I. VII, 212, f. 10—15, 21—23.)

Brevitatis causa, titulum tantum offero: qui rem penitius introspiciendam desiderant, adeant opus modo citatum 'Memorie' p. 574 593. **137.**

Historia de discordia et persecutione quam habuit ecclesia cum imperatore Federico Barbarossa, tempore Alexandri tertii summi pontificis et demum de pace facta Veneciis et habita inter eos. (L. IX, 70, f. 6; I. VII, 221, p. 33—44.)

Inc.: „Exurge gloria Venetorum, converte plantum pontificis in gaudium, quoniam te circumdat letitie vestimentum."

Opella capitibus septem supra viginti, codice pereleganti membranaceo saeculi XIV, cum ornamentis et figuris polychromis finit: „Ego Bonincontrus licet origine mantuanus, natione quoque bononiensis, tamen verbo et opere totus venetus et rivaltensis, domini ducis et communis Venetiarum notarius et offitialis, hanc predictam honorabilem historiam hoc claro et plano epigrammate construxi, ad dei et sancti Marci laudem ac perpetuam memoriam Venetorum. Deo gratias. Amen." Codice, quem Aldus Manutius possedit, usus est Bardus in 'Vittoria navale ottenuta dalla republica veneziana' ec. Venetia, 1584, p. 144—147. **138.**

Vita Alexandri papae III (L. IX, 49, f. 1—131).

Inc.: „Alexander tertius, natione tuscus, patria senensis ex patre Rainutio qui antea dictus fuit Rolandus, presb. cardin. tituli s. Marci et apostolicae sedis cancellarius sedit annis decem et octo."

Non vitam appella, sed eius schismatis potius historiam, in qua silentio obruta quae de secreto pontificis Venetias adventu, de veneta ad Caesarem legatione, de pugna navali et Othone capto, de pontifice Caesari eius pedes osculanti insultante. Affirmata de pontificis Venetias adventu et cum Friderico Oenobardo reconciliatione, sumpta dicuntur ex antiquo codice *de historiis sacrae legis et antiquitatibus*. Caeterum ad finem apposita ab inquisitore generali senensi impressionis licentia diei 13 octobris anni 1639, sat evincit auctorem anonimum temporibus inservisse. **139.**

Excerpta ex historia *Obonis Ravennatis* de adventu Alexandri III Venetias ac pugna navali contra Othonem. (L. XIV, 9, f. 50—56; I. VII, 212, f. 16—21.)

Fragmentum Obonianum incip.: „His in Apulia hunc in modum constitutis, Alexander interea ubi omnia Italie." — In altero codice versio itala inc.: „Stando le cose in questo modo." Illam protulerunt Bardus in 'Vittoria', p. 93—107, et Ulmus in 'Historia', p. 1—16. Caeterum Obonis historiam toto coelo commentitiam asserimus. **140.**

Quaedam ex historia Alexandri papae III et Friderici imper. capitulis conclusa. (Zan. L. 503, f. 149—158.)

1. De quinta reversione Friderici in Lombardiam.
2. Quod Lombardi Alexandrinis viriliter succurrerunt.
3. Quod rediens ab obsidione Alexandriae confusus recessit.
4. De eo quod Fridericus a romana ecclesia per se ipsum pacem simulate quaesierit.
5. De constitutione episcopatus Alexandriae.

6. De campali bello inter Fridericum regem et Lombardos, et de optata Lombardorum victoria.

7. De secundo pacis tractatu inter dominum Alexandrum papam et Fridericum imper.

8. De tempore quo Alexander papa Venecias primo intravit.

9. De primo colloquio Lombardorum et principum apud Ferrariam, praesente Alexandro papa.

10. Haec sunt prima iuramenta imperatoris Friderici quae in anima sua fieri fecit de pace romanae ecclesiae.

11. De consumatione pacis ac tregue Lombardorum ac iuramentis praestitis. **141.**

Marini Sanudo nota autographa de Friderico imp. et Alexandro papa III. (L. XIV, 265, f. 37.)

Inc.: „Federico imperator vene anche im Puia col fauor di Guielmo re di Sicilia et 1175 23 mazo zonse al porto di Venetia . . . .“ **142.**

Historia victoriae quam Veneti in Othonem Friderici I imper. natum anno 1177 retulerunt, ut et Alexandri III pontificis propriae sedi restituti. *Ludovici Rotelli* dialogus (cum notis) inter ultramontanum et italum. (I. VII, 330, f. 129—198, 201—348.)

Inc.: „Mentre questa mattina per tempo andava rammentandomi e considerando l'autorità e le ragioni da voi ieri prodotte, della guerra del re Pipino.“

Auctor stat pro Venetis, eoque consilio ut iura Venetorum in mare hadriaticum evincat, documentis quoque oblatis, ultramontanum ei sententiae paulatim accedentem inducit. **143.**

De historia Alexandri III in aulis regia romana et maioris consilii Venetiis, allegatio in iure a Cornelio Frangipane oblata contra narrationem volumini duodecimo *Annalium ecclesiasticorum Caesaris Baronii* insertam. (I. VII, 212, f. 24—79.)

Opella itale primum anno 1615 Venetiis edita, pluries prelo commissa est. **144.**

Responsum datum allegationi Cornelii Frangipane, cardinalis Caesaris Baronii nomini praesertim tuendo, quoad cladem Othonis Friderici imperatoris filii. (I. VII, 212, f. 79—105.)

Inc.: „Non prima degli ultimi giorni de questo anno è comparsa l'alleganza di V. S. circa il cardin. Baronio, che lo stampatore intitola pubblicata tre anni sono." **145.**

Epigramma ante ecclesiam sancti Joannis prope *punctam* Salbore de indulgentia ab Alexandro papa III concessa. (L. XIV, 265, f. 36.)

Inc.: „Heus populi celebrate locum quem tertius olim."

Marinus Sanuto qui codicem sua manu descripsit, inseruit epigramma proprio operi: 'Vitae ducum Venetorum', in Muratori Scriptt. rer. it. XXII, 512. **146.**

Verba scripta in capitellis picturarum historiae pictae in sala maioris consilii Venetiarum et aliorum spaciorum. (L. XIV, 265, f. 33—36.)

Marinus Sanutus in *Vitis ducum* ec. refert verborum auctorem esse Franciscum Petrarcham. **147.**

Disticha sex in historiam eiusdem reconciliationis, in ecclesia lateranensi. (L. XIV, 265, f. 29.)

Inc.: „Cessit Alexander venias tunc papa beati . . . . ."

148.

Narratio de concordia Venetiis inita inter Alexandrum papam III et Fridericum I imper. (L. XIV, 9, f. 58—67.)

Inc.: „Papa autem Alexander in Lombardiam iturus ante festum nativitatis, Huybaldum hostiensem episcopum et Reynaldum cardinalem . . . ." Plura sub fine desunt. Excutiuntur anni 1173, 1176, 1178. **149.**

Castellani Bassaniensis. Venetianae pacis inter ecclesiam et imperium d. Francisco Dandulo duci 1327. Poema heroicum. (L. XII, 77, p. 54; XIV, 265, f. 1—26; I. VII, 221, p. 125—139.)

Inc.: „Exurgant venetae praeconia clara per orbem
Digna cani et lauto decoratae carmine gentis."

Primum exemplar sumptum ex exemplari Verci quod extat Bassani, habet codex Amedei Svajer; alterum fere ex integro manu Marini Sanudo, habet sub fine: 'Compilatum fuit anno 1343'; extremum inest documentis in unum a Fortunato Ulmo collectis. **150.**

Alexandri papae III bulla indulgentiae ecclesiae s. Marci Venetiarum concessa. (L. XIV. 265, f. 29—30).

Edita in *Vitis ducum venetorum* Marini Sanuti, p. 513.

Inc.: „Licet ad omnes sancte romane ecclesie fideles munificentie nostre dexteram debeamus extendere . . . . Datum Venetiis, apud sanctum Marcum, VI idus (10) madii, pontif. nostri anno XVII." **151.**

1177. 17 septembris.

Fridericus I imper. Alexandro papae III pacem a se observandam promittit. (L. IX, 49, f. 107—118.)

Inc.: „Cum imperatoria et regia maiestas ad hoc in terris ordinata sit ut per eius operam . . . . Venetiis, in palatio ducis XV cal. oct. (17 sept.) 1177."

Differt ab exemplo dato a Fortunato Ulmo (I. VII, 221, p. 27), quod incipit: „Nos Fridericus roman. imper. augustus, damus et reddimus per sacramentum factum. . . . . In mense septembri, actum Venetiis super solarium predicti ducis, 1177."

Leges ex 'Libri albi' c. 41 sumptum, in 'Vitis ducum ec' Marini Sanuti; Savioli, Annali di Bologna II, 84. Böhmer. Reg. imp. 911—1313, 138. **152.**

Nuncium (ragguaglio) Parnassi de inscriptione super Alexandro papa III, quam Urbanus papa VIII in aula regia vaticana sustulit, auctore *Joanne Castellano.* (I. VII, 356.)

Inc.: „Felice Conteloro, huomo che può cosi ben errare come gli altri, bramando che i sudori della sua mente fossero consecrati all' immortalità."

In opere per propositiones et responsa processus institutus contra Contelorum atque condemnationis poena recitata. Extremo folio commentarium subscriptum: Di Cividal di Belluno, alli 17 dec. 1639 — di V. S. ill. servitore Gio Batta Barpo. **153.**

1401. 21 decembris. Bonifacii papae IX bulla indulgentiae concessae ecclesiae monasterii s. Nicolai de insula ec. et ecclesiae s. Marci Venetiarum (ann. 1401) eiusdem rei causa. (L. XIV, 265, f. 30—31.)

Inc.: „Licet is de cuius munere venit ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur . . . Datum Rome, XII kal. ian. (21 dec.). **154.**

1160. 15 februarii. Fridericus I imperator *in generali concilio post destructionem Creme*, propria iura, quae nempe in episcopatum bellunensem reges et imperatores eius antecessores tenebant, tradit Peregrino patriarchae aquil. et successoribus. (L. IX, 125, f. 60; XIV, 101, n. 4.)

Inc.: „Cum universis in imperio nostro constitutis imperialis clementie patrocinium de iure debeamus impendere . . . . Papie 15. febr. 1160.

Habet Ughellius in 'Italia sacra', V, 151. Du Mont in 'Corps diplomatique.' I, 1, 186; et Cappelletti 'Chiese d'Italice' X, 120, dant sub die 15 kal. maias (17 april.). **155.**

1163. 8 novembris. Idem *cupit innotescere imperii fidelibus* conventionem eugubinae civitatis, scilicet praelatorum et consulis *cum principe*

Rainaldo (comite de Dassel) *coloniensi electo* ac Italiae archicancellario, per quam civitas cum ecclesiis et castellis nec duci nec marchioni alicui pertiueat. (L. IX, 156.)

Inc.: „Quoniam ea que inter homines geruntur tum successiva et multiplici temporis mutabilitate .... Sexto idus (8) novembris (Laude Pompeia). **156.**

1168. Ladislaus II Hungariae rex archiepiscopis strigoniensi et colocensi ac eorum suffraganeis nuntiat confirmasse institutionem de depositione ac translatione episcoporum pontifici concessa; in rebus episcopalibus procuratores laicos minime collocaturum; operamque daturum ad reedificationem ecclesiarum, domuum episcopalium et canonicalium. (Zan. L. 503, f. 159.)

Inc.: „Justum ac rationi consentaneum omnimodis esse dinoscitur...... Actum in civitate Wauno, 1168. **157.**

1169. Bela III Hungariae rex spondet archiepiscopis strigoniensi et colocensi aliisque se *non depositurum vel transpositurum* episcopos; in rebus episcopalibus non positurum proceres laicos nec poni permissurum; non reducturum in propros usus quidquam de rebus ecclesiasticis; neminem a beneficiis ecclesiasticis remoturum. (Zan. L. 503, f. 43—44; L. IX, 49, f. 125—128.)

Inc.: „Justum et rationi consentaneum omnimodis dignoscitur .... 1169.“ **158.**

1177. mense iulio. Alexandro papae III epistola archiepiscoporum moguntini et colonienis aliorumque, qua *consensus studio* pacem ad quindecim annos ex integro servandam testantur. (L. IX, 49, f. 118—119.)

Inc.: „Commoda que ex conservata pace ecclesie et imperii toti mundo proveniunt. ... Mense iulio, 1177. **159.**

3 augusti. Fridericus I imper. confirmat Leonardo episcopo torcellensi antiqua privilegia eius ecclesiae concessa. (L. X, 181, f. 147—148; 310, p. 298—301.)

Inc.: „Fridericus .... Si rationabiles illustrium personarum petitiones circa augendas ecclesiarum Dei commoditates .... Apud Venet. 3. non. (3) aug. 1177."

Ediderunt Muratori in 'Antiquitt. It.' I, 59, ac 'Scriptt.' XII, 499; item Lünig in 'Codex Italiae', II, 1955—1958. Böhmer. 'Reg. imp.' 911—1313, 138. **160.**

17 augusti. Idem privilegia pluries Venetis concessa innovat. (L. X, 181, f. 151—153; 310, p. 305—314.)

Inc.: „Fridericus .... Quoniam stabilem christianorum principum charitatem operari plurima bona .... Venet. in palatio ducis, XVI cal. sept. (17 aug.) 1177."

Edidit Fantuzzi in 'Monum. Ravenn.' VI, 275—281, qui donationem refert quinquaginta librarum denariorum et piperis ac pallii a Venetis praestandam. Böhmer. 'Reg. imp.' 911—1313, 138. **161.**

17 augusti. Idem, *hortatu amici nostri Sebastiani Ziani ducis Venetiae*, confirmat monasterio s. Georgii Venetiarum antiqua iura super possessionibus quas ea ecclesia in romano imperio tenet. (L. X, 181, f. 149; 310, p. 302—304.)

Inc.: „Ad eterne vite meritum et temporalis imperii gubernaculum apud regem regum credimus nobis proficere ... 1177."

Edidit Ughelli in 'Italia sacra', V, 66; Muratori 'Scriptt. rer. it.' XII, 501. Böhmerus dedit regesta sub die 17 augusti, ex Venetiis. 'Reg. imp.' 911—1313, 138. **162.**

mense septembri. Pacis instrumentum inter Fridericum imper. ac Sebastianum Ziani ducem Venetiarum, cum privilegio securitatis Venetorum romanum imperium frequentantium. (L. X, 181, f. 150; 310, p. 305.)

Inc.: „Anno ab incarnatione dominica 1177, ind. decima, in mense septembris. Nos Fridericus .... Damus et reddimus per sacramentum factum."

V. Muratori, 'Scriptt. rer. it.' XXII, 518. Pertz 'Mon. Germ.' Legg. 2, 161. **163.**

1179 ?

Fridericus imp. Drudoni feltreusi episc. eiusque ecclesiae ac sucessoribus confirmat possessiones et privilegia; concedit insuper ut *civitas* in editiorem locum transferatur et ab omni aliarum civitatum Lombardie vel Marchie potestate, sine exactione libere perseveret. (L. IX, 165, f. 169.)

Inc.: „Ad consequendam eterni regis gratiam et imperii romani gloriam . . . ."

Ediderunt Verci. 'Storia d. marca triv.' I, Doc., 25—27; Cappelletti 'Chiese d'Italia', X, 143—145. **164.**

1183. 26 iunii.

Instrumentum pacis *in solemni curia apud Constantiam,* VI cal. iulii (26 iunii) anni 1183 inter Fridericum I imp. et Lombardos, cum ditiori apparatu glossarum ac picturis. (L. V, 18, sub fine; 119, f. 29—34.)

Documentum cuivis notum inest codici membranaceo alteri, maioris formae, saeculo XIV exscripto, marginibus partim dissectis. Primus codex refert tantummodo textum, nullo glossemate aut notis editis.

Ed. Pertz 'Mon. Germ.' Legg. 2, 176. **165.**

1184. 15 martii.

Fridericus imp., ubi Henricus comes Tyrolis cum Alberto Tridenti electo episcopo certasset de constructione cuiusdam castri, laudum pronunciat: *Ubicumque duo comites unum comitatum communem inter se habent, unus eorum sine altero in eodem comitatu castrum construere non potest.* (L. IX, 166, f. 390.)

Inc.: „Dum Henricus comes de Tirol rogaret vener. d. Albertum trident. sedis electum [1] . . . . Achenau (Hagenau), 17 exeunte (15) martii, 1184."

Ediderunt Bonelli 'Notizie della chiesa di Trento', II, 482—483; Kink, 'Codex Wangianus' 53—55. Böhmer. 'Reg. imp.' 911—1313, 143 diem 17 martii assignat, ac loci, unde documentum datum, nomen silentio obruit. **166.**

1) Albertus III de Madrutio anno 1185 consecrationis munus obtinuit.

1186. 3 martii. Urbanus papa III patriarchae aquil. praecipit ut marchionem Histriae ac eius filium, ecclesiam S. Pancratii de Graz per Ottacher q. marchionem stiriensem Beliniae monasterio violenter ablatam detinentes, restitutioni devinciat, abnuentesque intra triginta dies ecclesiastica censura percellat. (L. IX, 125, f. 175.)

Inc.: „Dilectus filius noster beliniensis abbas transmissa nobis conquestione monstravit . . . Datum Verone, V nonas (3) martii." **167.**

28 augusti. Henricus VI rex, Ildebrando volaterrano episcopo deprecante, volaterranam ecclesiam *clypeo protectionis tuendam* suscipit, quaedam iuris proprii eidem episcopo et successoribus concedens. (L. IX, 157.)

Inc.: „Exemplarem regie maiestatis decet eminentiam iustis fidelium suorum desideriis benignam se prebere . . . . Apud castrum Sancti Miniatis, V kal. sept. (28 aug.) 1186." **168.**

1188. Henricus episcopus albanensis, apostol. sedis in Germania legatus, ecclesiae praelatos ac viros principes totius Germaniae convocat ad conventum Moguntiae, *die dominica qua cantatur Letare Jherusalem* habendum. (L. IX, 154.)

Inc.: „Ex quo vox illa turturis, vox gemitus, vox doloris fines nostros lamentabilis nuper novitate rumoris aspersit . . . ."
169.

1189. 15 februarii. Fridericus imp., ad preces Conradi (II) episc. tridentini, cedit ecclesiae tridentinae metalli fodinas in ducatu tridentino existentes [1]), exceptis iis quae in allodiis comitum Tirolis. (L. IX, 166, f. 391.)

Inc.: „Memores quod antecessoribus nostris dive recordationis aule . . . . Onolthespac, decimoquinto kal. mart. (15 febr.) 1189."

Extat in Bonelli 'Memorie stor. d. chiesa di Trento' II, 492. Böhmer 'Reg. imp.' 911—1313, 145. **170.**

1) Antiquioris sigilli urbici tridentini lemma fuit: *Montes argentum mihi dant nomenque Tridentum.*

1191.
20 ianuarii.

Henricus VI rex, ecclesiae tridentinae eiusque episcopi Conradi gratia, statuit ne quis turrim aedificare aut *societates* vel *conjurationes* in comitatu tridentino facere audeat, sine licentia episcopi. (L. IX, 166, f. 391.)

Inc.: „Et regalis benignitas et sancte favor matris ecclesie personis . . . . Laude, XIII kal. febr. (20 ianuarii), 1191."

Dat documenti regesta Kink in 'Codex Wangianus', 105. **171.**

1193.
10 decembris.

Idem imper. Gotefridi aquil. patriarchae *fidem et devotionem pre oculis habens*, ecclesiam aquil. in protectionem suscipit, ei confirmans possessiones et iura praedecessoribus concessa. (L. IX, 164).

Inc.: „Imperatorie maiestatis titulos crescere credimus et augeri, et ad salutis nostre profectum . . . . Volchuaseri, IV idus (10) dec. 1193."

Locus dati diplomatis, nomen *Sgellai* protonotarii apostolici, formulae et stylus, verba *Hemoniensis civitatis novae, Insulam gradensem cum omnibus suis pertinentiis* dubium de genuinitate ingerunt.

V. Ugbelli 'Ital. sacr.' V, 77 ec. **172.**

1194.
23 iulii.

Arnaldus Strutius de Placentia, curiae imperialis iudex, audito consilio suo in controversia vertente inter Martinum episc. massanum et Henricum imper. super possessione civitatis Massae et iuribus pertinentibus, condemnat Syrum Salimbene procuratorem imper. ut restituat episc. massano, nomine ecclesiae s. Cerboni et episcopatus, civitatem Massae cum districtu et pertinentiis. (L. IX, 161.)

Inc.: „Lis et controversia que vertebatur inter Martinum episc. massanum . . . . . Pisis, X kal. aug. (23 iulii) 1194."

Ediderunt Muratori 'Antiqq. It.' II, 503 ac Lamius 'Mem. eccl. flor.' I, 381. **173.**

1195.
8 iunii.

Henricus imp. vassallis et ministerialibus ecclesiae aquil. indicit quod si quis a patriarcha Gotefrido, tempore infirmitatis

suae, alicuius feudi possessionem susceperit, de novo dimittat aquil. ecclesiae ac eius patriarchae Peregrino (II).

Inc.: „Quia dilecto principe nostro et domino vestro Pellegrino aquilegensi electo (8 febr. 1195) in nostra presentia .... Cumis, VI idus (8) iunii (1195).“

Ed. De Rubeis 'Mon. eccl. Aquil.' 640. **174.**

1196. 23 augusti. Idem monasterio sanctorum Hilarii et Benedicti *in partibus Venetie, in finibus Rivoaltensi, iuxta fluvium posito* confirmat antiqua privilegia. (L. X, 181, f. 169; 310, p. 351—353.)

Inc.: „Henricus .... Scientes in hoc maxime ... Ideo devotum nobis Ubertum, abbatem monasterii ss. Hilarii et Benedicti, supplicantem nobis .... Apud Papiam, X cal. sept. (23 aug.), 1196.“

Edidit emendatius Flaminius Cornelius in 'Eccl. Ven.' Dec. XII, p. 384—385. Böhmer 'Reg. imp.' 911—1313, 154. **175.**

1197. 7 iunii. Idem, more maiorum, Henrico Dandulo duci Venetiarum confirmat privilegia Venetis concessa. (L. X, 181, f. 166—168; 310, p. 343—351.)

Inc.: „Quoniam stabilem christianorum principum [iisdem fere verbis ac in privilegio anni 1177] [1]). Apud Castrum Joannis, VII idus (7) iunii, 1197.“ **176.**

1202. 4 martii. Instrumentum compositionis factae super teloneo, inter Conradum II de Beseno episc. trident. ac Bolzanenses *in plebatu Bauzani commorantes* ex una, ac Conradum (de Rotenek) episcopum brixinensem cum Brixinensibus ex altera parte. (L. X, 166, f. 393.)

Inc.: „Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam .... Lingenstain, in ecclesia s. Otilie, IV intrante marcio, 1202.“

Edidit Kink in 'Codex Wangianus', 148—152. **177.**

1205. 10 martii. Conradus episc. tridentinus propriae sedi se abdicat Oeniponti

1) V. num. 161.

ac monasterium s. Georgii in valle Oeni ingreditur. (L. IX, 166, f. 394).

Inc.: „In Intal, in burgo Inspruk, in solario domus Hainrici iusticiarii . . . . 10 martii, 1205.“

Edidit Bonelli in 'Notizie st. d. chiesa di Trento', II, 513—515. **178.**

1206. Philippus II de Svevia rex Wolcherum patriarcham aquil. Nurembergam accedentem regaliis donat. (L. IX, 125, f. 42.)

Inc.: „Regalis munificentie invariabilis equitas potestatis sue iura digne et laudabiliter exequitur . . . . Nuremberge, 1206.“

Bernardus Maria de Rubeis, qui in codice sua manu documentum illustrat, iure miratur Philippum appellari *regem*, serieque secundum quum unus tantum eius nominis imperator occurrat. **179.**

1207—1231. Vita b. Helysabeth. (L. XIV, 51, f. 208—222.)

Inc.: „Beata Helysabeth lantgravia ex regali Hungarorum progenie magnorum ducum Theotonie orta, coniux Louduci lantgravii Turingie principis fuit.“ Finit vero: „Migravit ab hoc seculo beata Helysabeth meritorum suorum premia in celesti curia receptura, tertio decimo kalend. decembris, regnante domino nostro Jesu Christo, cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen.“

Differunt toto coelo: a. Vita data a Jacobo Montano spirensi, quae incipit: „Desideranti mihi per annos iam plurimos vitam et res gestas Elisabeth conscribere,“ capitibus XXXIV, edita in 'De probatis sanctorum historiis per F. Laurentium Surium, Colon. Agripp. 1581, tom. VI, p. 483—506; b. Libri octo de s. Elisabeth Theodorici de Apolda thuringi, ex codice monasterii rebdorfsensis, qui inc.: „Cum de vita et moribus et morte, miraculisque beate Elisabeth perscrutari,“ editi in 'Henrici Canisii antiquae lectiones.' Ingolstadii, 1604, tom. V, p. 143—217. Cf. De Rubeis 'Monum. aquil.' col. 680—683; Potthast 'Wegweiser durch die Geschichtswerke des europäischen Mittelalters.' 680—682. **180.**

1208. 23 maii. Wolcherus patriarcha aquil., totius Italiae legatus, nomine Philippi regis, concordiam et pacem inter hunc et Senenses componit. (L. IX, 125, f. 51.)

Inc.: „Iurabant omnes cives et omnes tam de episcopatu quam de comitatu fidelitatem regi Philippo . . . . Senis, 23 maii, 1208.“ **181.**

1209. m. ianuario. Otho IV rex denuo confirmat donationem totius Foriiulii et iurium adnexorum factam Wolchero patriarchae aquil. et eius successoribus, *conventionibus roboratis* iamdiu existentibus inter Peregrinum patriarch. aquil. et Mainardum comitem Goritiae, super avocatia et aliis factis ac privilegiis. Testes adducuntur Conradus episcopus brixinensis, Joannes episc. cameracensis, Fridericus (de Wangen) episc. tridentinus, Gebehardus (I) episc. tergestinus, Ludovicus dux Bavariae. (L. X, 132, f. 49.)

Incip.: „Regie maiestatis ordo requirit ut omnium et maxime ecclesiarum iura protectione regia serventur illesa, eapropter attendentes clementissima merita et obsequia dilecti principis nostri Volcherii. . . . .“

A marciano differt documentum editum ab Ughellio (V, 78), quod pacta conventa *inter Wodalricum patriarch. et Engelbertum comitem super avocatia* ec. memoret, ac testes maiori numero referat, sicut apud Böhmerum (Regesta 1198—1254, 41.)

Documentum autogr. tabularium caesareum vindobonense asservat. **182.**

1209. . . . . Idem canonicos congregationis lateranensis s. Mariae in Portu recipit in tutamen et mundiburdium; cum iis quoque insulam super qua fundata est ecclesia *prope litus maris*, et aliam insulam positam iuxta flumen Bidentis, nec non bona quae possident in Ravenna et eius exarcatu, nempe Cesena, Cervia, Faventia, Papilia, Imola, Livio, Arimino, Pisauro, Bononia, Mantua, Venetiis; poena indicta in imperialis banni violatores centum librarum auri purissimi. (Zan. L. 190, f. 429.)

Inc.: „Transitorii regni dignitas et imperialis potestas ac sublimitas.“ **183.**

1209. 26 februarii. Idem canonicos congregationis lateranensis ecclesiae s. Jacobi in insula Volanae in specialem tutelam suscipit, centum marcharum argenti examinati poena statuta in eos qni imperiales concessiones quocumque modo infregerint. (Zan. L. 190, f. 429.)

Inc.: „Imperialis eminentiae clementia cum omnium subiectorum salnti teneatur. . . . . Datum apud ecclesiam s. Jacobi in insula Volane, 4 cal. mart. (26 febr.) 1209, regni imp. ann. XI.“

Documenti regesta dedit Böhmer ex codice mediolanensi saeculi XIV, sub die 9 martii anni 1210. **184.**

4 martii. Idem sub speciali recipit protectione ecclesiam aquil. eiusqne canonicos, tam in personis quam in bonis, patriarchae aquil. commendans ut eos ab iniuriis et gravaminibus tueatur. (L. IX, 125, f. 161.)

Inc.: „Litteris presentibus vobis significandum duximns quod licet omnes ecclesias . . . . Ravennae, 4 nonas (4) martii, 1209.“ Böhmer. 'Reg. imp.' 1198—1254, 43. **185.**

30 iulii. Idem communicat Wolchero patriarchae aquil. *lantgravii proditoris sui terras et castra vastasse et incessanter vastare,* ac matrimonium cum Beatrice Philippi denati filia consumasse. (L. IX, 125, f. 64.)

Inc.: „Multo affectui et sollicitudini tue quam circa nos habuisti et habes, sicut nec potuimus nec possumus condigne respondere . . . . Vicenze, 3 cal. aug. (30 iulii) 1209.“

Ed. De Rubeis in 'Mon. aquil.' 660—661. **186.**

19 augusti. Idem, amicitiae gratia erga *Petrum Ziani Veneticorum ducem*, antiqua privilegia Venetis concessa confirmat. (L. X, 181, f. 199—201; 310, p. 415—423.)

Inc.: „Quoniam stabilem“ ut in aliis. . . . . Datum in castris

apud Curtem Valeam, decimo quarto kal. sept. (19 aug.) 1209."
Böhmerus diem 18 notat in 'Reg. imp.' 1198—1254, 46. **187.**

1209. 21 augusti. Idem confirmationem privilegiorum monasterii ss. Hilarii et Benedicti auctoritate sua roborat. (L. X, 181, f. 202; 310, p. 424—425.)

Inc.: „Scientes in hoc. . . . . Cum Tomisus abbas monasterii ss. Hilarii et Benedicti, ad exemplum predecessorum nostrorum imperatorem . . . . Datum apud Valerum in castris, 12 cal. sept. (21 aug.) 1209."

Edid. Cornelius 'Eccles. venetae' IX, 386 Böhmer 'Reg. imp.' 1198—1254, p. 46 dat nomina testium. **188.**

1211. Innocentius papa III cum Othone IV imperatore conqueritur quod cum ad coronam imperialem per romanam ecclesiam fuerit sublimatus, hanc non tantum revereri desierit, sed inquietaverit, unde exemplis ex sacris scripturis et eius patre Friderico sumptis, hortatur sedis apostolicae iura conservet, *ne mucrone anathematis feriatur.* (Zan. L. 493, f. 1—2.)

Inc.: „Quamvis ad regimen apostolice sedis, que Domino disponente mater omnium dignoscitur." **189.**

1212. mense aprili. Fridericus II rex concedit Innocentio III pontifici comitatum fundanum et universam terram citra Garelianum positam, *ubi comitem fundanum cedere in fata contigerit.* Romae, mense aprili, 1212. (L. XIV, 42, f. 29.)

Inc.: „De gratia vestra quam frequentissime sumus experti. . . .

Ediderunt Raynald. §. 2; Lünig 'Cod. Ital.' II, 865; Pertz 'Mon. Germ. hist.' IV. 223; Huillard Bréholles 'Historia dipl. Frid. II' I, 1, 208. Böhmer 'Regesta chron. imp.' 1198—1254, 70. **190.**

1213. 17 februarii. Idem Fridericum (de Wangen) episcopum tridentin., generalem legatum constituit per totam Lombardiam et marchiam veronensem. (L. IX, 166, f. 395.)

Inc.: „Regiam decet munificentiam .... Ex liberali igitur circumspectione nostra volentes .... Ratispone, XIV kal. martii (17 febr.) 1213."

Edider. Bonelli 'Notizie stor. d. ch. di Trento', II, 534—536, et Kink 'Codex Wangian.', 263—265. **191.**

1213. 12 iulii. Idem promittit Innocentio papae III a) eum de praedecessorum instituto revereri, b) liberam praelatorum electionem relinquere, c) appellationem in rebus ecclesiasticis ad sedem apostolicam concedere, d) nullum sibi vindicare ius in bona praelatorum defunctorum et ecclesiarum vacantium, nec in rerum ecclesiasticarum administrationem, e) quae ecclesia possidet intacta relinquere ac in deperditis acquirendis fore adjumento. (Zan. L. 503, f. 46—47.)

Inc.: „Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus cum altissimum de cuius manu .... Apud Egram, quarto idus (12) iulii, 1213."

Lünig 'Reichsarchiv' 19, 166, 'Cod. It.' 2, 709; Raynald. §. 23; Würdtwein 'Nova Subs.' 2, 118; 'Mon. Germ.' IV, 224; Huillard Bréholles 'Hist. dipl. Frid. II', I, 1, 272; Theiner 'Cod. diplom. dom. temp. s. sedis I, 183--184. Böhmer 'Regesta imp.' 1198—1254, 74. **192.**

1215. 11 octobris. Idem nuntiat comiti de Sorano omnia iura quae *in civitatem soranensem* et quaedam alia castra habet romanae ecclesiae tribuisse, *cartulam hanc aurea bulla communiens.* (Zan. L. 503, f. 42.)

Inc.: „Licet ad retribuendum digna pro meritis beatissimo patri ac domino nostro Innocentio, summo pontifici .... Apud Spiream, V idus (11) oct. 1215."

Edid. Raynald. §. 28 non ex integro; Muratori, 'Antiq. Ital.' V, 653; Pertz 'Mon. Germ.' IV, 226; Huillard Bréholles, 'Hist. dipl. Frid. II', II, 427; Theiner ex Cencio Camerario, 141, in 'Cod. diplom. dominii s. sedis, I, 46. Böhmer 'Regesta imp.' 1198—1254, 85. **193.**

1219. m. septembris. Idem confirmat Honorio papae III et ecclesiae Romanae libertates ac possessiones quibus gaudet. (Zan. L. 503, f. 47—48.)

Inc.: „Regnum nostrum . . . . Hagenove, sept. 1219.“ Eadem epistola quae superius sub die 12 iulii, 1213, Innocentio III papae exhibita.

Edid. Lünig 'Reichsarchiv' 19, 168, 'Cod. Ital.' 2, 713; 'Mon. Germ.' IV, 231; Huillard Bréholles 'Hist. diplom. Frid. II', II, 2, 675; Theiner ex originali et Cencio Camerario, 'Cod. diplom. dom. temp. s. sedis, I, 51—52. Böhmer 'Regesta imp.' 1198—1254, 101—102. **194.**

1220. 1 octobris. Idem confirmat privilegia Venetis a praedecessoribus suis concessa et cum Venet. duce ferit foedus quo per singulos articulos definit quae utrinque de iurisdictione, commercio maritimo, servis fugitivis, caeterisque ibidem expressis agenda sint, sub conditione solutionis quinquaginta librarum denariorum totidemque piperis et unius pallii sibi annuatim praestandi. (L. X, 181, f. 215—217; 310, p. 454—462.)

Inc.; „Quoniam stabilem . . . . Petrum Zianum illustrem Venetie, Croatie, Dalmatie, quarte partis et dimidie totius Romanie . . . Data in castris, in episcopatu mantuano, kal. (1) oct., 1220.“

Ex codice primo marciano protulit Huillard-Bréholles in 'Hist. dipl. Frider. II', I, 2, 836—837, sub die 20 septembris, nescio cur. **195.**

24 novembris. Idem imperator concedit Bonacursio Pisarum potestati, pro civibus recipienti, civitatem et districtum pisanum, ac Massam cum suis pertinentiis; dat potestatem faciendi iustitiam et negotiandi terra marique, ac confert in feudum littus maris a civitate Vecla usque ad portum Veneris, cum privilegio portuum. (I. VI, 48, f. 89—91.)

Inc.: „Decet imperialem excellentiam votis omnibus et petitionibus fidelium suorum clementer annuere . . . . In monte Malo (Mario prope Romam) 8 kal. dec. (24 nov.) 1220.“

Dederunt Dal Borgo in 'Raccolta di diplomi pisani', 42, ex archiv. reformat. civ. florent.; Huillard-Bréholles 'Historia diplom. Frid. II', II, 1, 19—24. Böhmer 'Regesta imp.' 1198—1254, 113.
196.

1221. 5 ianuarii. Fridericus II imperator sententiam dicit contra detentores castri Gonzagae et *aliarum pertinentiarum que erant comitisse Matildis*, haec omnia indilate restituantur ecclesiae Romanae: sontium bona fisco addici vult. (Zan. L. 503, f. 44—46.)

Inc.: „Per presens scriptum notum facimus tam presentibus quam futuris quod nobis existentibus in pretorio mense septembri none indictionis . . . Capuae, nono idus (5) ianuarii, 1221."

Ediderunt Raynald. p. 314; Baluzius 'Miscell.' I, 448; Tiraboschi 'Memorie moden.' IV, 69; Würdtwein 'Nova subs.' XI, 1; Perz 'Mon. Germ.' IV, 239; Hnilles Bréholles 'Hist. dipl. Frid. II', II, 1, 100—110, omnes sine die mensis. Böhmer 'Regesta imp.' 1198—1254, 116. **197.**

Idem merum mixtumque imperium in nonnulla oppida in
1 decembris. districtu vicentino dat Giberto episc. vicentino eiusque successoribus. (L. IX, 166, f. 505.)

Inc.: „Attendens iustitiam pariter et commoditatem Zimberti episcopi vicentini de largitate sua . . . Apud plebem s. Martini in provincia Godii, kal. (1) dec., 1221."

Documentum edidit mutilum Barbaran in 'Storia eccles. di Vicenza', l. V, 75. **198.**

1222. Andreas Hungariae rex statuit ut nullus clericus ante forum saeculare trahatur. (Zan. L. 503, f. 72—73.)

Inc.: „Cum iuxta propheticum davidici sermonis eloquium spiritualiter adscribendum sit. . . . . 1222." **199.**

mense martio. Fridericus II imperator, attentis amicitia cum Jacobo Teupolo duce Venetiarium, et honorificentiis sibi in eius per Venetias transitu praestitis, indulget Venetis ut libere Siciliae regnum

frequentent et propria exerceant commercia, conditionibus appositis. (L. X, 181, f. 223—224; 310, p. 472—474.)

Inc.: „Honor augetur imperii et super regna laudabiliter extollitur principatus, cum duces provinciarum et populus . . . Venetiis, mense martio, 1222.“ **200.**

1223. 22 septembris. Comites Goriciae vendunt Bertholdo patriarchae aquil. advocatiam omnium mansorum ecclesiae civitatensis quos habebant in Faganea. (L. IX, 125, f. 252.)

Inc.: „Dominus Meynardus comes senior et Meynardus iunior comes de Goricia pro precio XVIII marcharum aquil. monete, quod confessi sunt se recepisse . . . . Civitatis Austriae, 9 exeunte (22) septembris, 1223.“

Ex originali membran. in tabulario capituli civitatensis. **201.**

1224. mense martio. Demetrius rex Saloniki et Ugo miles Nanzoli testantur Belam Andreae II Hungariae regis filium cum propriis et Austriae ducis militibus aliquot mercatores venetos expoliasse . . . . . (L. XIV, 41, f. 157.)

Inc.: „Testificamur nos . . . . quod nos fuimus in illo loco, scilicet in terra regni Hungarie . . . . Rivoalti, mense martii, 1224.“ **202.**

Documentum insertum, quo Fridericus I Odalrico patriarchae aquil. bona iure possessa denuo asserit, De Rubeis rite falsitatis insimulat, ex notarum criticarum erroribus.

1227—1250. Epistolae Friderici II imperatoris, vel huic datae, itale omnes. (I. X, 147, folia 57.)

Unius manu in codice ms. chartaceo exscriptas ex authenticis Petri a Vineis, eiusdem caesaris a secretis, quarum pleraeque vel latine vel itale iam editae, textus antiquitas, pura et elegans dicendi ratio, varietas lectionis cum caeteris codicibus commendant; utinam et genuinitatis typus.

1. Proemium Petri a Vineis inc.: „Messere Federigo di Stuffo (Hohenstauffen) fue un grande barone de Lamagna.“ f. 1—2.

2. Gregorius papa IX ingrati animi notam caesari inurit. f. 2—12.

Inc.: „Scrivesti a noi che la nostra lettera parve molto da meravigliare ne' tuoi sentimenti.“ (1227.)

3. Innocentii papae IV excommunicationis sententia in Fridericum. f. 12—19.

Inc.: „Noi advegnachè non degnamente, ma per lo degnamento . . . . 18 iulii, 1245.“

Documentum insigne Lugduni datum, quod latine incip.: „Ad apostolice dignitatis apicem, licet indigni, dignitatione divine maiestatis assumpti . . . .“ ediderunt a. Petrus a Vineis in 'Epistolae' Basil. 1566, 61—75; Ambergae, 1609, 58—71; Basileae, 1740, I, 51—52; b. Matthaeus Paris. 'Hist. mai. Anglor.' 451; c. Labbè 'Concilior. coll.' XI, 640; d. Raynald. 'Hist. eccl' §. XIII; e. Dumont, 'Corps diplom.' I, 190—192; f. Huillard-Bréholles, 'Chronicon de rebus Ital.' 197; g. Idem, 'Historia diplom. Friderici II', VI, 1, 319—327.

4. Fridericus II cum Italiae principibus conqueritur de iniusta excommunicationis sententia in eum lata. f. 19—24.

Inc.: „Advegnachè noi crediamo che parole d'ellevanza . . . . Data a Leone XV dì anzi kalende agosto, 1245.“

5. Idem Alexandro regi Scotiae in idem argumentum. f. 24—35.

Inc.: „Levate d'intorno i vostri occhi, dirizzate, figliuoli degli uomini, le vostre orecchie . . . . 1245.“

6. Duplex epistola ἀνεπιγραφή (Friderici II contra pontificem), f. 35—44.

Prima inc.: „Accolsono pontefici et farisei loro consiglio et assembiarsi insieme.“

Secunda: „Con ben grande maraviglia si volge che la onde noi attendiamo gratia . . . . 1245.“

7. Conradi nati Friderici electio in imperatorem per barones de Alemannia, anno 1236 (1241) narrata, f. 44—47.

Inc.: „Al nome di Dio . . . . Lo spectamento delle genti, cioè Gesù Cristo, dalla cui venuta spesse fiate.“

8. Fridericus Ludovico Galliae regi, in pontificem, f. 48—49.

Inc.: „L'imperiale excellentia intese le reali lettere le quali."

9. Banducchi de Acre soldani de Babilonia epistola Friderico. f. 49.

Inc.: „Se Iddio ama allegro donatore, sì ama egli me."

10. Responsum Friderici Banduccho, f. 49.

Inc: „Mando a dire: Re rendi la terra ricomperata del sangue di Nazareno."

11. Innocentius papa IV Friderico imperatori exprobrat quod rebellioni manus dederit. f. 49—52.

Inc.: „Advegnachè a reggimento dell'apostolica sede," desinit: „Et noi non potremo vietare, se grande tempo starai indurato che noi non ti scomunichiamo . . ." 1243. **203.**

1227. 21 maii. Bertholdus patriarcha aquil. denegat Bernardo duci Carinthiae quae iura hic asserit ecclesiae labacensi, qua aquileiensi surrepta. (L. IX. 126, f. 82.)

Inc.: „Dominus Bernardus dux Carinthiae coram s. Pauli et Victoriensi abbatibus, quos ipse . . . . Juxta Villacum, ante ecclesiam s. Ruberti, undec. exeuntis madii, 1227." **204.**

27 septembris. Fridericus II imperator confirmat Azzoni abbati mosacensi privilegia abbatiae Modii, testibus Lando Venerio, Regino archiepiscopo et Renaldo duce Spoleti, aliisque. (L. IX, 164; X, 58, n. 11.)

Inc.: „Inter cetera pietatis opera que in conspectu altissimi sunt accepta, istud sibi specialiter credimus esse gratum . . . Fogie, 27 sept. 1227." **205.**

Epistola commentitia presbyteri Joannis (Prete Jani) Friderico II imperatori, qua mirabilia regni sui Indiarum describit. (I. XI, 6, f. 175—180.)

Inc.: „Ve saludemo, fasendovi saper per veri segni de noi et di la nostra condicion."

Epistolam Friderici Vatacio seu Calojohanni habes in 'Historia diplom. Friderici secundi' apud Huillard-Bréholles, VI, 2, 937. **206.**

1228. 30 decembris.

Gregorius papa IX, archiepiscopi colocensis precibus indulgens, confirmat, in eius dioeceseos favorem, concessionem a rege Hungariae clericis factam de immunitate ecclesiastica, ne scilicet ad saeculare iudicium pertrahantur. (Zan. L. 503, f. 76.)

Inc.: „Benedictiones christiani principis nunquam Christo placere melius comprobatur . . . . . Perusii, III kal. ian. (30 dec.) 1228." **207.**

1230. mense iulio.

Fridericus II imperator testatur Oddonem ducem Meraniae cessisse fratri Bertholdo patriarchae aquil. eiusque ecclesiae marchiam et comitatum Histriae et Carniolae, *que dictus patriarcha in feudum pro eadem aquil. sede ab imperio tenet.* (L. IX, 125, f. 58—59.)

Inc.: „Quia labilis est humanarum rerum memoria, nisi rei geste series . . . Apud Sanctum Germanum, mense iulio, 1230."

Edidit fragmentum Huillard Bréholles 'Histor. dipl. Frid. II', III, 205—206 — Memorant De Rubeis 'Mon. Aquil.' 697; Liruti 'Notizie del Friuli' IV, 201; Böhmer 'Regesta imp.' 1198—1254, 145. **208.**

1231.

Andreas Hungariae rex attendens libertati subditorum et maxime ecclesiasticorum, spondet regnum vel per se, vel per palatinum melius iri administratum, pluribus quoad tributa, iudicia, populi prosperitatem propositis. (Zan. L. 503, f. 70—72.)

Inc.: „Quoniam libertas tum nobilium regni nostri quam etiam aliorum a s. Stephano rege instituta. 1231."

Edidit Georgius Fejér 'Codex diplomat. Hungariae', t. III, vol. II, p. 255—261. **209.**

3 martii.

Gregorius papa IX animadvertens quod Christiani in Hungaria ab exactionibus adeo opprimautur ut ad Saracenos se

convertant; iis filios et filias, eorum astutia a vera fide desciscentes, vendere cogantur: considerans praeterea quod Judaei et Saraceni in officiis praeponantur; quod ecclesiastica libertas proculcetur, praesertim ob negotia ecclesiastica ad tribunalia saecularia allata; archiepiscopo strigoniensi praecipit ut *christiani nominis inimicos per substentationem communionis fidelium, Christianos vero per censuram ecclesiasticam exerceat.*

Inc.: „Cum illius vices divina dignatione teneamus in terris qui mittit angelos suos . . . . Laterani, V nonas (3) martii, 1231." **210.**

1232. Strigoniensis archiepiscopus (Robertus A.) vesprimiensi (Bartholomaeo) communicat pontificis interdictum, quod, addit, missum quoque Andreae regi, qui *filiis suis et episcopis congregatis constitutionem quandam fecit pro reformatione pacis inter pontificem et suos filios.* Jam archiepiscopus considerans eandem *constitutionem* penitus contemptam, resque in peius ruere, mandat interdictum in tota dioecesi promulgari. (Zan. L. 503, f. 68—70.)

Inc.: „Noverit vestra paternitas nos litteras summi pontificis recepisse . . . . 1232." **211.**

6 decembris. Fridericus II imperator confirmat *sententiam in plena curia a nostris principibus latam*, quod Bertholdo patriarchae aquil. omnia iura in patriarchatum aquil. asserantur. (L. IX, 125, f. 61; 164 sub fine.)

Inc.: „Ex secreto et ineffabili bonitatis summae consilio, imperatoriae dignitatis assecuti fastigium . . . . Tibure, in festo s. Nicolai (6 dec.) 1232."

Edidit Muratorius 'Script. rer. ital.' XVI, 102. **212.**

1233. 25 augusti. Bela rex spondet se omnia observaturum quae in iurata compositione patris sui Andreae cum Jacobo electo praenestino, legato apostolico, illam attingunt; se id effecturum ut pater quoque impleat penitus capitula quae illum tangunt; se sollicite

observaturum ea omnia, ubi patri iure haereditatis succedat. (Zan. L. 503, f. 74.)

Inc.: „Universis pateat hec lecturis quod nos rex Bela super facto compositionis.... Apud silvam Bereyg, die decimo exeunte (25) aug., 1233."

Ediderunt Theiner 'Monum. histor. Hungariae sacrae', vol. I. 1216—1252, p. 116—119, ac Wenzel 'Codex arpadian. continuat.' Pest, 1860, vol. VI, 1001—1235, p. 306—307. **213.**

mense septembris. Andreas II Hungariae rex Jacobo electo praenestino, apostolicae sedis legato, de rebus hungaricis disserit. (Zan. L. 503, f. 63—66.)

Inc.: „Rex qui sedet in solo iudicii, teste rege Salomone, dissipat omne malum intuitu suo.... mense septembri, 1233."

Edidit Georg. Fejèr 'Codex diplom. Hungariae', tom. III, vol II, p. 326—330.

Ubi rex beatum Stephanum primum gentis Hungariae regem laudavit, asserit se ad eius imitationem sedulo religionis iussis incubuisse; propterea legatum a pontifice implorasse, cum quo reapse in praesens ad id compositionem facit; iuramento roborans. Agitur universim de Saracenis, Ismahelitis, Judaeis severius tractandis et a publicis officiis arcendis; salis distributione; personis ecclesiasticis a tribunali ecclesiastico, quod de causis matrimonialibus dicat, iudicandis; earum privilegiis ex integro servandis. **214.**

27 novembris. Jacobus electus praenestinus, apostolicae sedis legatus rogat Andream et filium Belam Hungariae reges ut quae iurarunt observent, *de salibus ecclesiis satisfaciendis et Saracenis ab officiis publicis arcendis.* Hoc urget magis quod compositionem factam penitus negligi advertat. (Zan. L. 503, f. 75.)

Inc.: „Cum vestram lustramus prudentiam illustrem viri memoriam.... Dat. Back, V cal. dec. (27 nov.) 1233." **215.**

1234.
17 ianuarii.

Archiepiscopi et episcopi strigoniensis, colocensis, agriensis, vesprinensis, wachiensis, ultrasilvanus, zagabriensis, woradiniensis, nitriensis iurant se observaturos compositionem factam inter Andream Hungariae regem et Jacobum electum praenestinum, qua apostolicae sedis legatum, de negotiis regni et ecclesiae. (Zan. L. 503, f. 74.)

Inc.: „Vobis tenore presentium facimus manifestum quod nos sponte et sine conditione . . . . XVI kal. febr. (17 ianuar.) 1234."

Edid. Fejér 'Codex dipl. Hung.' tom. III, vol. II, p. 374—375.

216.

23 februarii.

Bela Andreae regis filius, Hungariae rex iurat in futurum universos Haereticos et *Christianos ad superstitionem Ysmaelitarum vel Judeorum pervertentes*, de terris suis extirpaturum. (Zan. L. 503, f. 75.)

Inc.: „Nos Bela . . . . facimus manifestum quod ad petitionem . . . . Jacobi praenestinensis . . . . iuravimus ad sancta Dei evangelia . . . . Strigonii, sept. kal. mart. (26 febr.) 1234."

Ediderunt Raynaldus §. XL — Katona, t. V, p. 708 — Fejér 'Cod. dipl.' ibi p. 375—376. **217.**

Colomanus rex et dux Sclavoniae testatur sibi ab Andrea Hungariae rege communicatas litteras compositionis de negotiis ecclesiasticis Hungariae, inter eum et legatum sedis apostolicae habitae. (Zan. L. 503, f. 76.)

Inc.: „Omnibus presentes litteras inspecturis facimus manifestum nos vidisse et habuisse litteras sigillatas . . . . 1234."

218.

1238.
m. octobris.

Fridericus II imperator praecipit, Bertholdo patriarcha aquil. proponente, ut a patriarcha infeudati in Foroiulii et Histria caveant ab eis exercendis quae ad iudicium sanguinis spectant, neque se intromittant de regiminis negotiis cognoscendis, absque patriarchae aquil. indulgentia vel mandato; secus mansorum sive advocatiae feudo priventur. (L. IX, 135, f. 62.)

Inc.: „Dilectus princeps noster Bertholdus, venerabilis patriarcha aquil. in nostra proposnit presentia constitutus . . . . Datum in castris in obsidione Brixiae, mense octobri, 1238."

Edid. De Rubeis, 'Monum. aquil.' 698; Muratori 'Script. rer. ital.' XVI, 103; Huillard-Bréholles 'Hist, dipl. Frid. II', V, 1. 241—242. Böhmer 'Reg. imp.' 1198—1254, 181. **219.**

1239. 22 februarii. Idem littera patenti principibus, episcopis, ec. mandat ut 1. Haeretici puniantur, 2. resipiscentes in perpetuum carcerem tradantur, 3. capti custodiantur donec per censuram ecclesiasticam puniantur, 4. puniantur et fautores, 5. et qui alio aufugerint, 6. morte puniantur recidivi, 7. proclamationis seu appellationis iure priventur, 8. haeredes usque ad secundam generationem dignitatibus spolientur. Ordinem praedicatorum contra Haereticos institutum patrocinio suo recipit. (Zan. L. 493, f. 42.)

Inc.: „Commissi nobis celitus cum regiminis et imperialis.... Padue, 22 febr." 1239.

Epistolam hanc ut et proxime insequentem ediderunt: a. Sbaralea 'Bullar. francisc.' I, 731; b. Bremond 'Bullar.' I, 125; c. Bzovius 'Annal. eccles. contin. Baron.' XIII, inepte tamen dum ad annum 1225, §. VII reponit; d. Hartzheim 'Concilia' III, 506; e. Perz 'Monum. Germ.', IV, 326. Dant regesta Böhmeri 'Reg. imp.' 1198—1254, 182, ac Huillard Bréholles 'Hist. dipl. Frid. II', V, 1. 279—280. **220.**

22 februarii. Idem praecipit ut Patareni qui ex Lombardia in regnum Siciliae se intulerunt, tanquam *sibi, Deo et hominibus infesti*, ceu perduellionis crimine gravati puniantur, eorumque bona fisco addicantur. (Zan. L. 493, f. 44—45.)

Inc.: „Inconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur Heretici et vocabuli vicio servientes . . . . Padue, 22 febr. 1239." **221.**

1241. Mainardi comitis Goritiae finis et remissio Olvrado de Maniaco et aliis pro castro Montisregalis. (L. XIV, 48, f. 120.)

Inc.: „In presencia ec. . . . Dominus Mainardus . . . facit finem et remissionem domino Olvrado." 222.

1242. m. februario. Fridericus II imperator Bertholdo patriarchae aquil. indulgens mandat pontes Liventiae penitus destruendos, *ne utiles sint nostris rebellibus trevisinis ad faciendam guerram et incursus hostiles.* (L. IX, 125 f. 66.)

Inc.: „(Dum a qualitate) et petitione negotii merita petentium nobis occurrunt, et adversariorum panduntur excessus . . . . Fogie, februar. 1242."

Ediderunt Verci 'Storia della marca trivigiana', II, 9, et Huillard-Bréholles 'Histor. dipl. Frid. II', VI, 1, 81—82 tamen sub anno 1243. Böhmer 'Regesta imp.' ann. 1198—1254, p. 193. 223.

1248. 12 februarii. Rogerius de Pizo capitaneus Portusnaonis et Ragoneae ponit Mainardum Gueceli de Prata, recipientem nomine patris sui capitanei marchae tarvisinae, in tenutam et corporalem possessionem de villa Corvae. de mandato Friderici II caesaris, signato apud Victoriam in obsidione Parmae, 20 ianuarii eius anni. (L. XIV, 48, f. 259.)

Incipit mandatum imperatoris: „Cum villam Corvae sitam in Foroiulii, cum honore, comitatu, pertinentiis, iuribus et actionibus . . . . In villa Corvae, 12 febr. 1248." 224.

1250. Joannis Dorse epistola ad Henricum ebredunensem archiepiscopum, in qua nonnulla de Friderico II imperatore prophetice dicta. (L. XIV, 271, f. 1—2.)

Inc.: „Noverit vestra paternitas, pater sancte, quod ego fui a domino aquensi archiepiscopo sepe ac sepius requisitus."

Auctor floruit annis 1250—1271. V. Fabric. 'Biblioth. med. et inf. latin.' III, 225. 225.

1268. Conradini romanorum regis epistola Carolo regi Siciliae, qua Siciliam, Apuliam, Terramque Laboris, bellum minatus ni reddat, sibi restitui vult. (L. XI. 84, f. 50—51.)

Inc: „Inrationale animal revertitur ad cubile: petit avis . . . 1268.“ **226.**

Carolus rex Siciliae Conradino respondet se bellum malle quam Siciliam, Apuliam, Terramque Laboris restituere. (L. XI, 84, f. 51.)

Inc.; „Haberemus perosim lacus, imitaremur caniculos.“

Utraque epistola deest documentis operis: *Alcuni studj storici intorno a Manfredi e Corradino della imperial casa di Hohenstauffen, di Camillo Minieri Riccio.* Napoli, 1850, 8°. **227.**

1269. 18 novembris

Fridericus de Valchenberch praecipit ut quae laudamina a domino Bourdelino castellano de Laybaco una cum domino Hermano de Landensteyn, domino Herbordo ac fratribus de Alvesperch et domino Verlocho de Brenberch unanimi consilio facta sunt, ea observentur. (L. XIV, 101, n. 116.)

Inc.: „Nos Fridericus de Valchenberch tenore presentium et ad noticiam singulorum volumus pervenire . . . . Actum et datum in domo fratrum premissorum (teotonicorum) in Laybaco, sub anno 1269, dec. quarto kal. decembris.“

Documento authent. dato 14 kal. decembr. (18 nov.) 1269, adsunt testes frater Dietricus commendator fratrum domus Teotonicorum in Laybaco, frater Burchardus, frater Henricus claviger, Urbanus dictus Procel, tunc iudex laybacensis, Wayzmannus, Heynsericus, Meynhalmus de Zelvis. **228.**

1270.

Volricus decanus civitatensis, ipso capitulo annuente, foedus init cum Othokaro rege Bohemiae, *considerata eius sincera dilectione ad personam memorie Gregorii patriarche aquileiensis.* (L. XIV, 49, f. 304.)

Inc.: „Nos . . . . notum facimus universis, quod considerata diligenter . . . . et presumentes proinde.“

Ex tabularii ecclesiae civitatensis saeculo quinquagesimo octavo exscripsit Justus Fontaninus, integra et sincera lectione servata nonnullis in locis, in quibus depravatum est documentum apud Jo. de Rubeis in ‘Monum. eccles. aquil.’, col. 762—763. **229.**

1273. 1 augusti.

Fridericus de Pinzano et Martinus de Monteregali constituti arbitri super quaestione inter Henricum praesulem verdensem, aquil. ecclesiae ac regis Bohemiae Othokari in Foroiulii vicarium ex una parte; et Gabrielem, Joannem, Weceletum et fratres quond. Wecelonis de Prata ac Artuicum et Gabrielem fratres quond. Viclenis de Porcilleis, definiunt ut dicti fratres eorumque homines de masnata *possessiones et feudo regis Bohemie resignent in manibus Conradi Vendelfaffi* capitanei Portusnaonis, usque ad quindecim dies proxime venturos. (L. XIV, 48, f. 159—161.)

Inc.: „Nos Fridericus de Pinzano et Martinus de Monteregali, electi communes arbitri et amici .... In Portu Naonis, 1 aug. 1273." **230.**

1274. 7 augusti.

Raymundus de la Turre patriarcha aquileiensis respondet procuratoribus regis Bohemiae, quaedam ab eo petentibus, a) amicitiam cum rege initurum, dummodo restituat quae castra ecclesiae aquil. tenet occupata; b) nolle regem inquietare super possessione Portusnaonis; c) libenter regem investiturum de feudis quae habuerunt duces Leopoldus et Fridericus in Styria, non item de caeteris in Carinthia, Carniola, Marchia, sine pontificis licentia; d) castrum et forum Windischgretz, utpote Bertholdo patriarchae pertinens, minime regi cessurum; e) colloquium cum rege, ex eius desiderio, habiturum. Petit insuper iniuste ablata restituat et damna reficiat. In castro Utini, 7 aug., 1274. (L. IX, 126, f. 114—117.) **231.**

1275. 25 februarii.

Pax composita inter Raymundum a Turre patriarcham aquil. et Albertum comitem Goritiae, teste inter alios nominato Philippo a Turre equite, et arbitro ex parte patriarchae, Gottifredo a Turre marchione Histriae. (L. XIV. 101, n. 7.)

Inc.: „Humani generis inimico qui bonum pacis per discordie seminarium semper et ubique propendit .... Civitatis Austrie, 4 die exeunt. (25) febr. 1275." **232.**

1275. 18 martii. Rodulphus imperator Venetorum regimen laudibus prosecutus iisdem nunciat se Marinum Pasqualicum eorum nuncium laetanter recepisse; mutua officia se praestiturum affirmat; eos peregrinationi suae ultramarinae sperat fauturos (L. XIV, 37, f. 23.)

Inc.: „Consideratio multiplex nos allicit et allectos astringit ut honorem . . . Viennae, 15 calend. aprilis (18 martii), 1275.“ **233.**

1276. *Forza* equitis *Virginii.* Narratio de origine dominii principum austriacorum in Foruniulii, unde momenta eruuntur potiora fundationis castri *Strassoldo.* (L. XIV, 81, p. 372—379.)

Inc.: „Ridolfo Conte d'Aspurg in Alsazia, dopo l'interregno d'alcuni anni.“

Edidit de Alborghetti in 'Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre'. Ven. 1863, p. 9—10. **234.**

1 aprilis. Othokarus rex Bohemiae, dux Austriae, Styriae et Carinthiae, ac marchio Moraviae, dominus Carniolae Joanni olim archiep. salisburgensi, modo patriarchae aquil., molestias sibi ab eo irrogatas asserit propulsaturum. (L. XIV, 101, n. 72.)

Membrana authent. incip.: „Incusastis nos quod vobis intulerimus gravamina et offensas: in iis utique nos causam vobis possemus attribuere consequentius quam vos nobis . . . Datum in Budin, calendis aprilis.“ **235.**

1278. 27 augusti. Rodulphus habsburgicus Jacobo Contareno duci Venetorum Othokarum Bohemiae regem devictum significat. (L. XIV, 39, f. 23.)

Inc.: „Quantis opprobriis et probrosis iniuriis indesinens reipublice disturbator . . . . Datum in castris apud Velsperg, 6 cal. sept. (27 aug.) ann. 5°.“

Velsperg in finibus Moraviae, non longe a Marchvelt, in quo campo (die 26 aug.) proelium factum est.

Gerbert 'Codex epist.' 59. 'Archiv der Gesellsch.' IV, 194. Böhmer Reg. imp. ann. 1246—1313, p. 96. **236.**

1282. 23 maii. Rupertus de Budrio spondet, fideiussorio nomine, pluribus personis in instrumento enunciatis, de mille marchis argenti episcopo tergestino commodatis, Henrico notario rogante, de mandato episcopi, decani, et capituli. (L. XIV, 101, n. 19.)

Inc.: „In nomine . . . . anno milles. ducent. octuages. secundo, die nona exeunte maio. Actum et gestum in episcopali palacio . . . . Ropretus de Budrio obligavit se . . . pro venerabili patre et domino Wolwino Dei gratia episcopo tergestino . . . .“ **237.**

1292. 12 augusti. Conradus IV episcopus salisburgensis patriarchae aquil. Raimundo foedus ineundum proponit 'contra omnes et singulos hostes et specialiter contra dominos Albertum Austrie et Meynardum Karinthie duces.' (L. IX, 126, f. 125.)

Inc.: „Adversus Dei ecclesias innocentes noxia multiplicatio impiorum . . . S. Viti, prid. idus (12) augusti. 1292.“
Protulit De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 774. **238.**

14 augusti. Ulricus comes de Heneburg Raimundo patriarchae aquil. proponit foedus componendum 'contra omnes et singulos hostes et specialiter contra dominos Albertum Austrie et Maynardum Karinthie.' (L. IX, 126, f. 126.)

Inc.: „Egressus a facie domini Sathan ad forciam manum mittens. . . . In castro Triben, in vigilia assumptionis b. Mar. (14 aug.) 1292.“ **239.**

1307. 29 martii. Albertus rex, dux Austriae Petro Gradonico duci Venetiarum conqueritur de vectigalibus in Alemanorum mercatorum damnum auctis, quod probat exemplo Rodulphi comitis de Werdemberg, bonis propriis recens expoliati. (L. XIV, 41, f 30.)

Inc.: „Gravi mercatorum quam plurium regni nostri . . . . Datum in Turego, 4 kal. apr. (29 mart.), 1307.

Pertz ex 'Commem. Vindob.' I, 386 — Böhmer 'Regesta Imperii' ann. 1246—1313, p. 247. **240.**

1307. 5 maii. Idem senatui, consulibus et civibus constantiensibus mandat ut spoliatores mercatorum aliquot Venetorum ad plenariam damni refectionem adstringantur. (L. XIV, 41, f. 42.)

Inc.: „Intellexit nostra serenitas quod providi viri Marcus Romanus, Hermolaus Blancus . . . . Spire, 3 nonas (5) maii, 1307."

Pertz ex 'Commem. Vindob.' I, 267 — Böhmer 'Regesta Imperii' ann. 1246—1313, p. 248. **241.**

1308—1313. *Albertini Mussati* patavini historiographi: De gestis Henrici VII regis et caesaris. libri sexdecim (L. X, 2, p. 1—349; 301, f. 1—59).

Uterque codex ex saeculo decimosexto continet textum editum seorsim Venetiis ann. 1636 ac in 'Thesaur. Antiquitt. Ital. a Graevio' VI, 2, nec non 'Rerum Ital. Scriptt.' a Muratori, tom. X. **242.**

1308. Aegidius episc. laudensis Henricum imper. deprecatur ut de novo concedere dignetur ecclesiae laudensi *redditus auri quod annue lavatur in ripis fluminis Aduae, ab utraque parte ipsius fluminis, a Cornaiano Bertaro usque ad castrum nostrum Butele Adue, vel saltem intra curtem Galgagnani et curtem Castionis.* (L. IX, 163, f. 50.)

Inc.: „Petit, supplicat et requirit Egidius laudensis episc. a maiestatis vestre clementia, domine illustr. rex Alemannie."

Documentum sub fine mutilum edidit Cappelletti in 'Le chiese d'Italia', XII, p. 365. **243.**

8 maii. Consultum de tractatu faciendo inter Ottobonum patriarch. aquil. et Henricum comitem Goritiae. (L. IX, 126, f. 150.)

Inc.: „Eodem anno (1308) die 8 intrante maio in civitate Austriae, super domo communis, presentibus domino Joanne filio domini Thomasii . . . ." **244.**

1310. Fridericus Austriae dux patriarch. aquil. hortatur ut fortiter se suaque tueatur, dolens quod patriarchatu abire coactus sit. (L. IX, 126, f. 156.)

Inc.: „Commendare non possumus sed dolemus si, adversitatis causa, de vestris terris, munitionibus et hominibus vestram absentare presentiam voluistis . . . .“ 245.

1310. Idem *nobiles, cives caeterosque fideles* patriarchae aquil. deprecatur ut *ex propriae fidelitatis debito* patr. *constanter et viriliter* defendant, ac eius munitiones contra quorumlibet insultus tueantur. (L. IX, 126, f. 156.)

Inc.: „Cum iamdudum patriarcham dominum nostrum ac vos universos et singulos zelo dilectionis fervide persequamini . . . .“ 246.

1311. 20 ianuarii. Forma legationis factae par quatuor Venetos nominatos Henrici VII regi, de eius in Italiam adventu gratulantis, die 20 ianuarii. 1311. (L. XIV, 37, f. 28.) 247.

22 ianuarii. Henricus VII confirmat Brixiensibus privilegia iis concessa a praedecessore Henrico VI sub die 26 iulii ann. 1192; haec sunt *regalia quae imperium habet in episcopatu brixiensi,* finibus praesignatis, eo pacto ut annuatim suo nuntio in Brixia solvantur census duarum marcharum auri. (L. X, 310, p. 639.)

Inc.: „Henricus . . . . Ex parte sapientum virorum consilii et communis civitatis brixiensis dilectorum . . . . Mediolani, XI kal. febr. (22 ian.) 1311.“

'Archiv der Gesellsch.' IV, 177 extr. Böhmer 'Regesta imperii' ann. 1246—1313, p. 287.

Accedit eiusdem documenti ostensio et insinuatio Venetiis facta die 6 nov., 1428 fratri Andreae Bono, abbati s. Georgii de Venetiis, p. 704—707. 248.

17 aprilis. *Sanctissimo triumphatori et domino singulari, domino Henrico divina providentia Romanorum regi semper augusto.*

devotissimi sui Dantes Aldigherrj Florentinus et exul immeritus, ac universaliter omnes Thusci qui pacem desiderant terre osculantur ante pedes. (L. XIV, 115, f. 8—11.)

Inc.: „Immensa Dei dilectione testante, relicta nobis est pacis hereditas . . .“ desinit: „Scriptum in Tuscia, sub fonte Sarni, XV kal. maias (17 apr.), divi Henrici faustissimi cursus ad Italiam anno primo.“

Auctor biblicis dicendi formis Henricum alterum Deum (ecce agnus Dei, *ecce qui tollit peccata mundi*) invocat, qui tyrannidi tota Italia saevienti finem ponat ac pacem restituat.

Itale versam epistolam quae incipit: „Al gloriosissimo et felicissimo triomphatore et singolar signore messer Arrigo . .“ pluries editam leges: latinam ex hoc codice ms. primo dedit Witte (1827), deinde Fraticelli in 'Opere minori di Dante', III, p. 464—474. **249.**

1311. 23 septembris. Henricus VII rex commendat Marino Georgio, duci Venetiarum, Matthaeum Petenarium. (L. XIV, 37, f. 32.)

Inc.: „Sinceritatem tuam requirimus et hortamur attente quatenus . . Brixiae, 9 kal. octobr. (23. sept.),“ 1311.

Pertz ex 'Commem. Vindob.' I, 396, Böhmer 'Regesta imperii' ann. 1246—1313. p. 294. **250.**

5 octobris. Idem Marinum Georgium ducem Venetiar. hortatur ut *ad urbem laudabilem comitivam* quae eius coronationi adsit, mittat. (L. XIV, 37, f. 32).

Inc.: „Quia Deo favente preposito ad imperialis nostre coronationis solemnia cum honoribus congruis . . Cremone, tertio nonas (5) octobris“ 1311.

'Mon. Germ.' IV, 517. Böhmer. 'Regesta imperii' ann. 1246—1313, p. 295. **251.**

1312. 4 aprilis. Henricus comes Goritiae et Tyrolis ac terrae Foriiulii capitaneus generalis dat Alzubertam filiam suam uxorem Nicolao filio Friderici de Pramperch, dotem adiiciens mille librarum parvulorum et castelli de Bachir in Histria. (L. XIV, 48, f. 194.)

Inc.: „Magnificus dominus Henricus . . intendens dominam Alzubertam filiam suam dare in uxorem Nicolao filio domini Federici de Pramperch . . Datum Bachir, 4 aprilis, 1312. **252.**

1313. 11 martii — Idem ecclesiarum aquil. trident. et brixinensis advocatus, tradit in feudum Phaebo et Raymundino fratribus della Turre ac eorum haeredibus castrum Flambri, fidelitatis iuramento in antecessum exacto. Adsunt testes Vido decanus aquil., Tiberius della Turre, Napinus della Turre praepositus s. Odorici; milites Henricus Fulen, Carolus de Pisino, Henricus de Goritia; praeterea Dictoniarius de Weysinich, Vicardus de Petrapilosa, Philippusius de Civitate, Fridericus de Portis et alii. Actum firmant notarii Franciscus q. Jacobi de Ymaxio, habitans Paduae in quarterio pontis altinatis, centro sancti Blaxii et contrata sancti Bartholomaei; Antonius q. Bonifacini de Curtarodulo, habitans Paduae in quarterio pontis molendinorum, centro et contrata s. Jacobi; Franciscus q. Antonii Turcheti, habitans Paduae in quarterio et centro *domi* et contrata s. Joannis de navibus; Otto q. Henrici de Marostica, habitans Paduae in quarterio *domi*, centro s. Nicolai et contrata *putei mendosi*. (L. XIV. 101, n. 88.)

Membrana inc.: „. . quod viros nobiles Febum et Raymundinum fratres della Turre prosequi intendentes et volentes . . dedimus, tradidimus et concessimus eisdem pro se et eorum heredibus tam masculis quam feminis . . castrum Flambri cum burgo adiacente, nec non campis, pratis, silvis . . Actum in civitate Austrie, sub anno domini millesimo tercentesimo tercio decimo, indictione undecima, die undecimo intrante marcio. **253.**

2 aprilis — Henricus VII imperator dat litteras patentes contra rebelles imperii. (L. XIV, 39. f. 50—51.)

Inc.: „Quoniam nuper est ad auditum nostrum deductum quod inter nonnullos fideles et subditos nostros provincie Lombardie . . IV nonas (2) aprilis, imperii anno primo"

'Mon. Germ.' 4, 545. Dobner 'Mon.' 5, 313. Dönniges Acta 2, 128, cum additamentis, ut et gallice ibid. 226. Würdt-

wein 'Nova Subs.' 11, 50. Böhmer 'Regesta imp.' ann. 1246 —1313, p. 307. **254.**

1313. 24 aprilis. Idem sententiam dicit privationis regiae dignitatis et bannitionis capitalis totius imperii, contra Robertum regem Siciliae et Jerusalem. (L. XI, 84, f. 46—50.)

Inc.: „Henricus . . Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum, Deus judex, fortis et longanimis . . Pisis, VI cal. maii (24 apr.) 1313." Pontifex sententiam nullam declarat.

Exemplum membranaceum saec. XV, documenti pluries editi ac per compendium exhibiti. Dönniges 'Acta' 2, 198. 'Monum. Germ.' IV, 545. Dobner 'Mon.' 5, 316. Lünig 'Reichsarchiv' 6, 15. Lünig 'Cod. Ital., 2, 1075. Olenschlager 'Staatsgesch.' 43. Freher 'Script.' I, 602. Martene 'Thesaur.' 3, 62. Muratori 'Script.' 10, 865. Rosarius Gregorius 'Bibl. Script. Sic.' 2, 186. Böhmer 'Regesta imp.' ann 1246—1313, p. 307. **255.**

30 maii. Idem, Henrici (III de Metis) episc. trident. gratia, eius ecclesiae bona universim in suam tuitionem suscipit, renovans libertates, prerogativas, immunitates. (L. IX, 166, f. 400.)

Inc.: Inter cetera imperial. virtutum preclara insignia veluti sidus aureum . . „ . . Pisis, 3 kal. iunii (30 maii) 1313."

Edidit Bonelli 'Notizie stor. di chiesa di Trento', II, 642—644. **256.**

1318. 7 ianuarii. Henricus comes Goriciae et Tyrolis dat investituram castri Flambri Phaebo et Raymundo a Turre. (L. XIV, 101, n. 8.)

Anthent. roboratum a Jacobo quond. Joannis de Placentia, notario, mandato et anctoritate vicarii episcopi castellani, datum est Venetiis, 7. ianuarii, 1318. V. num. 253. **257.**

15 decembris. Fridericus Romanorum rex Tarvisio civitati universitatem studiorum concedit. (L. IX, 166, f. 331.)

Inc : „Inter cetera virtutum insignia etiam muniri possessio generosa . . „ . . Datum apud Scotzam, XVIII kal. ianuarii (15 dec.) 1318."

Documentum in codice mutilum dedit integrum ex tabulario commun. Tarvisii Verci 'Storia della marca trivig.' VIII Doc. 155—156. **258.**

1319. 6 iunii. Henricus comes Goriciae et Tyrolis reipublicae venetae per legationem institutam indicat, se a Friderico Romanorum rege Tarvisii comitem electum bonae vicinitatis officia praestiturum. 6 iunii, 1319. (L. XIV, 41, f. 94,)

Inc.: „Ipsi namque ambaxatores premisso decentis salutationis honore dicent et exponent eidem domino duci et communi Venetiarum quod ipse dominus comes . . die vigesima sexta iunii 1319.

Eidem Henrico subdit sponte Coneglanum, ut in 'Documenti per la storia del Friuli dal 1317 al 1325' cura Josephi Bianchi Utini editis. I, 284—288. **259.**

19 iulii. Canisgrandis de la Scala, vicarius Veronae et Vicetiae Joanni Superantio duci Venetiarum refert de concordia a se proxime ineunda cum comite Goritiae, Tarvisii vicario. (L. XIV, 41, f. 95.)

Inc.: „Ad dominationis et care amicitie vestre nuper receptas litteras respondentes . . Verone, die 19 iulii, 1319." **260.**

1320. 27 aprilis. Ulricus de Reifenberg Joanni judaeo curiam et vineam Goritiae sitam in emphyteusim haereditariam locat. (L. XIV, 101, n. 113.)

Membrana authentica inc.: „Ich Wolreich von Reiffemberg versich. offenleich mit dissem pref und twn chunt allen den die in sehent, horent oder lesent . . Den gegeben ist ze Reiffemberg in meinem West Du man zalt nach Christes geburd drewzehenhundert Jar darnach in dem swinzzisten Jar des nesten suntages nach send Georigen (27 aprilis) tag, in der driten Indiction. **261.**

1323—1337. *Gregorii*, de sanitate servanda tractatus Andreae Dotto clodiensi episcopo, annis 1323—1337. (J. III, 28, p. 1—36.)

Codicem membranaceum coaevum eo profero quod auctor se

medicum Austriae ducis enuntiet: „Gregorio miedego de fisica del grande e possente e nobilissimo signor messer lo duca desterlich."

Inc.: „Qui comença lo libro de conservar sanitate. Conciosiacosa segondamente che dise Tulio l'amista le conten plesor cose." 262.

1331. 18 aprilis

Parlamentum Utini celebratum 18 aprilis, 1331 sub patriarcha Pagano a Turre; cum syllabo adstantium, eo ut eligantur consiliarii et ministri super gravaminibus illatis ecclesiae aquil. et eius servitoribus per illos de comitatu Goritiae simul cum Petro de Petrapilosa. (L. XIV, 81, p. 325—330.) 263.

1333. 7 aprilis

Ludovicus de Cavoriaco arbiter vocatus liti (ex finium violatione Vivarii et Curiaenaonis) componendae inter Sbrisaliam de Porcilia capitaneum Portusnaonis et Bregoniam ac Bartholomaeum fratres de Spegnembergo, definit homines de Vivario fines Curiaenaonis nonnisi ad pabulandum et lignandum excedant, annuatim capitaneo Portusnaonis solventes duos sextarios frumenti et decem pullos gallinarum. (L. XIV, 101, n 23.)

Inc.: „Anno dom. 1333, die septimo intrante aprili, domino Supertino plebano Arbe . . Dominus Luduycus de Cavoriaco, filius quond. nobilis viri . ." 264.

1335. 9 februarii.

Henricus dux Carinthiae terram Venzoni, quam comiti Henrico de Goritia, consobrino suo obligaverat pro certa pecuniae summa sibi commodata, vendit perpetualiter, superadditis primo pretio sexcentis marchis de Mariano, Beatrici materterae suae, filiae Henrici de Goritia. et Joanni Henrico patrueli suo. (L. IX, 126.)

Inc.: „Nos Henricus . . notum per presentes facimus universis quod cum dilectus consobrinus . . Datum in comitatu nostro Tiroli, in octava purificationis s. Mariae."

Protulit De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 849—850. — Regest. apud Huber 'Geschichte der Verein. Tyrols mit Oesterreich' p. 139—140.

Henricus die 2 aprilis eiusdem anni Tirolis vita decessit. 265.

1337. 13 augusti.

Carolus rex Bohemiae et Joannes frater investiunt Gorziam Feltri et Belluni episcopum ac comitem, de capitaneatu Feltri et Belluni. (L. IX, 165, f. 90.)

Inc.: „Venerabilis in Christo . . In ecclesia monasterii sancti Spiritus de prope Feltrum, 13 aug. 1337."

Ex autographo tabularii castri tridentini. **266.**

1339. 25 februarii.

Joannes dux Carinthiae concedit Nicolao episcopo tridentino ut *de iurisdictione et iudicio in Metz se liberaliter intromittere debeat*, quod 22 seniorum testimonio comprobaverit eam jurisdictionem sibi pertinere. (L. IX, 166, f. 405.)

Inc.: „Veniens ad nostram presentiam fidelis noster dilectus Bertoldus de Ragonea . . Tyrolis, 25 februarii, 1339.

Edidit Bonelli 'Notizie stor. di chies. di Trento', III, 1, 222—223. Regesta dedit Kink 'Codex Vangianus', 425. **267.**

1341. 17 octobris.

Bertrandus patr. aquil. Leopoldum abbatem monasterii obrembergensis (in comitatu ciliensi ad fines Carniolae dioecesis aquil.) accusatum quod *apostataverit de heremitarum ordine s. Augustini et bona monasterii tanquam mercenarius dilapidaverit*, indemnem declarat; vitium vero incontinentiae sponte confessum, *aetati iam decrepitae compatiens* absolvit. (L. IV, 125, f. 147.)

Inc.: „Cum pridem super certis apud nos fueris delatus criminibus et multa tibi obiecta fuerint . . Utini, die decimo sept. octobris, 1341." **268.**

29 novembris.

Benedictus papa VII Bertrando patriarchae aquil. praecipit ut Elisabeth Carinthiae ducissam, quae a coniuge Joanne de Bohemia comite Tirolis secessit ut cum Ludovico filio Ludovici Bavari degeret, severe moneat ac poenitentiae renitentem censuris subiiciat. (L. IX, 126.)

Inc.: „Nuper ad nostri apostolatus aditum disciplicibili admodum insinuatione pervenit quod nobilis mulier Elisabeth ducissa Carinthie, que dudum cum nobili viro Joanne de Bohemia

comite Tirolis contraxit matrimonium, ut intelleximus . . Avenione, 3 calend. decembris, 1341."

Rinaldi, quem profert Böhmerus in 'Regesta' 1314 — 1347, p. 231, veritatis assertor, dat nomen Margarethae Maultausch. Huber 'Geschichte der Verein. Tirols mit Oesterreich', p. 152 — 153. **269.**

1344. 1 aprilis. Clementis papae VI invectiva facta *die coenae Domini* in Ludovicum Bavarum. (L. IV, 92, p. 225—237.)

Inc.: „Atrium quod est foras eiice foras. Apoc. c. XI. Remigius super Apoc. I, 4°. pertractans ista verba dicit sic: Admiranda prorsus locutio. ."

Invectiva lucem affundit diuturno infandoque dissidio inter ecclesiam et Ludovicum, ex quo Italis Germanisque bella plurima; pontificibus Joanni XXII, Benedicto XII, Clementi VI innumerae calamitates, schismata in ecclesia, christianis, clero, ipsisque claustralibus.

Böhmer habet sub die 13 aprilis, 1346 bullas duas, unam sub titulo: 'Collatio facta in processibus factis contra Ludovicum Bavarum per Clementem papam' (incipit *Haereticum*, finit *seculorum)* editam a Schank 'Beiträge', 2, 341; alteram qua pontifex caesarem diris persequitur, ac electoribus dat potestatem novum regem Romanorum sibi eligendi (incip. *Olim videlicet*, finit *omnibus publicatur)* editam ab Olenschlager 'Staatsgeschichte' 249, ac Schank 'Beiträge', II, 474. **270.**

21 augusti. Pacta inter Andream Dandulum ducem Venetiarum et Albertum Goritiae et Tirolis comitem, ad damna declinanda ab utrinsque dominii subditis sibi invicem illata in confiniis Histriae, teutonicae linguae interpretibus Guilelmo de Cucho coloniensi et Conrado de Bolzano, fratribus domuum s. Trinitatis de Alemannis et ss. Joannis et Pauli. Venetis, nec non Laurentio de Love, scriba Henrici comitis Goritiae. (L. X, 309, n. 2.)

Inc.: „Licet suggestio humani generis inimici offensas incitet, discordias provocet et guerrarum inducat discrimina . . Venetiis, in ecclesia s. Trinitatis fratrum de Alemannis, 21 aug. 1344."

Conventum de fortaliciis Tervisi, Munigliani, Antignanae diruendis, Montonensibus non inquietandis, Antignana Alberto restituenda, reis et captivis indulgendo. Andreas Michael comes arbensis pacis inter partes compositor. 271.

1346. 11 ianuarii. Decretum in senatu veneto de legato in Hungariam mittendo qui ageret de pace, 11 ianuarii, 1346. (L. XIV, 41, f. 131.) 272.

1347. 14 februarii. Benedictus Molinus negotiis in Hungariae regno tractandis deputatus, consulit in senatu veneto de differenda ad Ludovicum Hungariae regem legatione, quod iter Neapolim versus instituat ad fratris mortem vindicandam, 14 febr. 1347. (L. XIV, 40, f. 78—81.)

Idem diebus 15, 20, 22, 25, 28 eiusdem mensis proponit tres legatos praemittendos, triremes sex ad hadriatici sinus custodiam, classem universam apparandam ad pericula ex reduce Ludovico declinanda. 273.

25 maii. Carolus rex concedit Bertrando patriarchae aquil. eiusque successoribus *vallem Cadubrii cum toto comitatu, arimaniis atque castris Botistain et Plebis, ac aliis curtibus.* (L. IX, 125, f. 68.)

Inc.: „Cum universis in regno nostro constitutis romanis regalis nostre clementie patrocinium . . Tridenti, 8 cal. iun. (25 maii), 1347.“ 274.

1350. 1 decembris. Idem mandat communitatibus sedis aquil. ut fratrem suum Nicolaum (de Luxemburgo) ab episcopatu neumburgensi ad patriarchatum aquil. translatum *ea benevolentia, qua decet, curent assumere.* (L. IX, 125, f. 67.)

Inc.: „Fidelitatem vestram cupimus non latere ad aures nostri culminis certa nova de romana curia pervenisse . . Prage, 1 decembr., 1350.“ 275.

1351. 22 maii. Cum capitulum aquil. congregatum non sit plenum, Ottolinus vicedecanus negat ratificationem apponere pacto inter patriarcham et Austriae ducem composito de muta Sclusae (scilicet de vectigali ad passum *della Chiusa*, solvendo) usque ad duodecim annos proxime futuros Austriae duci in possessionem tradenda. Aquileiae, 22 maii, 1351. (L. IX, 126, f. 209.) **276.**

11 novembris. Beachinus de Porciliis, super prepositione ei facta ab Hermanno Staperger, Meinardo de Carinthia et aliis mille tercentarum sexaginta marcarum argenti et quingentarum pro pignoratione castri Portusnaonis illi solvendarum, ubi dictum castrum Austriae duci restituat, restitutionem denegat nisi titulum eiusdem ducis demonstrent. (L. XIV, 48, f. 262.)

Inc.: „Nobilis vir dominus Biaquinus de Porcilleis, auditis et intellectis expositis per dominos . . in eccl: s. Marci de Portunaonis, 11 nov., 1351.“ **277.**

9 decembris. Carolus rex commendat Gualterbertoldo et Henrico fratribus de Spegnembergo Nicolaum patriarcham aquil. quem consueta fide velint prosequi. (L. XIV, 48, f. 201.)

Inc.: „Litteras fidelitatis vestre regio nostro conspectui nuper oblatas tanto generosius et hilariori mente accepimus . .“ Prage, 9 decembris, 1351.“ **278.**

1352. 1 octobris. Nicolao patriarcha aquil. in congregato consilio roganti quid sibi agendum *in factis aggressionis Albonae* per hostes et *spoliatione grossae possessionis in quadam sua villa* per Hertiadum de Veinsinch capitaneum Portusnaonis, respondent consiliarii concordiam tentandam cum rege Romanorum *qui in facto Portusnaonis se interposuit, quae ubi fieri non possit*, ad arma recurrendum. qua occasione taleae diversorum locorum statuuntur, 1 octobris, 1352. (L. IX, 126, f. 211—212.)

Ed. De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 915—916. **279.**

1354. Quoddam propositum factum coram rege Hungariae. (Zan. L. 476.)

Inc.: „Quanta de virtutibus et probitatibus vestris divulgata sunt et divulgentur per orbem ego non possem mente concipere," et in fine: „Explicit propositum Francisci Petrarchae coram rege Hungariae."

Auctor fingit legationem Andreae Contareni et Michaelis Faledri *(quibus et mihi licet indigno Dux et commune Venetiarum commiserunt . . maiestati vestre portaremus . . salutes)* ad regem Hungariae, pacem cum Venetis componendae gratia. Aetatem qua legationem ferunt factam anno incidisse 1354 ex adiunctis coniicio, quod praesertim Petrus Thomas carmelita, episcopus pactensis, qui Hungaria redux Venetias petiit, legationis ad eundem regem excitandae gratia, nominatur tanquam eius legationis motor. Virtutes Hungariae regis in scripto praedicantur, maxime religio, ac Venetorum erga eum amicitia.

Caeterum Franciscus Petrarcha nunquam, quod sciam, a secretis legationis hungaricae fuit, ita ut opellam hanc commenticiam quoque iudicent qui in eius operibus (Venetiis, 1501, 1516; Basileae, 1554, 1581) ediderunt. **280.**

9 maii. Carolus rex renovat Pisanis concessionem civitatis et districtus Pisarum, ac aliarum *terrarum et insularum*, quae memorantur. (J. VI, 48, f. 91—93.) **281.**

26 octobris. Dux et senatus Venetiarum deputant procuratores et oratores ad Carolum regem Romanorum ad agendum *super facto campagne et quibuscumque aliis negotiis lige*, i. e. pacis tractandae, idque spondendi quod communi Venetiarum peropportunum arbitrentur. (L. X, 181, f. 366; 310, p. 807—808.)

Inc.: „Anno nativitatis . . 1354, die 26 octobris, Venetiis in ducali palatio, presentibus sapientibus viris . . Dux Marinus Faletro una cum suis consiliis maiori et sapientum." **282.**

1354. 31 octobris. Carolus rex hortatur omnes ordines ecclesiae pragensis ut obviam occurrant libro evangelii s. Marci, quem *ad sanctam pragensem ecclesiam* mittit per Ludovicum de Hoenloh. Altera epistola data Ernesto archiepiscopo et capitulo pragensi, mandat ut idem liber annuatim die paschatis in solemni processione proferatur. (L. XIV, 51, f. 284—286.)

Utriusque datae Feltri, 31 octobr. 1354, exemplum sumpsit Wenceslaus Bilon a Bilenberg, officialis et ecclesiae pragensis decanus ex libro reliquiarum matricis s. Viti. V. De Rubeis 'Monum. aquil.' p. 18. **283.**

1355. 10 martii. Idem recipit a Philippo volaterrano episcopo, occasione homagii praestiti caesari a sindicis Volaterrae, protestationem super praeiudiciis quae ecclesiae volaterranae aut sibi per dictum homagium inferri possent. (L. IX, 157.)

Inc.: „Notum facimus . . quod Philippus . . in nostra constitutus praesentia quandam protestationem . . Pisis, VI idus (10) martii, 1355.“ **284.**

8 aprilis. Specimen characteris foliorum evangelii, vulgo s. Marci, Pragam transmissorum a Carolo IV ex civitate aquileiensi, ut et specimen testimonii eodem libro pragensi manu Caroli V inscripti. (L. XIV, 51, f. 281.)

Accedit littera testimonialis Godefridi Herbst ecclesiae pragensis et capituli decani, qua refert quoque de pretiosis operculis tempore Sigismundi caesaris abalienatis 8 aprilis, 1716. **285.**

23 maii. Carolus imper. confirmat Philippo episcopo volaterrano iurisdictiones et privilegia, episcopis volaterranis ab eius antecessoribus pluries concessa. (L. IX, 167.)

Inc.: „Innata imper. sublimitati benignitas inter caeteras meditationum sollicitudinibus . . Pisis, X kal. iunii (23 maii) 1355.“ **286.**

9 augusti. Albertus dux Austriae, Stiriae et Carinthiae investit Haintzutum quond. Rudolphi de Pignano, supplicem vassallum, de feudis

ministerialibus quae tenet ab ipso, scilicet de manso et tribus campis cum prato, sitis in villa de Ragonea. (L. XIV, 48, f. 168—169; 102, n. 593.)

Inc.: „Constitutus in presentia illustris et magnifici principis ac domini Alberti . . Venzono, 9 aug., 1355."

Membrana authentica. 287.

1356. Bulla aurea Caroli IV imperatoris, Norimbergae et Metis anno 1356 sancita. (L. V, 103, f. 31; XIV, 253, f 55—77.)

Originale non in capita editi operis triginta, sed in capitum pericopas quinquaginta sex, titulis adjunctis, distributum. Exemplari alteri manu Marini Sanudo ex editione nurembergensi anni 1477 sumpto, praeeunt hexametri: *Omnipotens aeterne Deus, spes unica mundi*, et capitulorum tabula, ut in aliquibus editionibus Capita numerantur tria super viginti, quamvis textus idem ac in editis omnibus.

V. Olenschlager 'Erläuterung der goldnen Bulle' Carl IV. Frankfurt, 1766, 4°. 288.

1359. *Bartholomaei Ursi*, notarii veneti litterae tres ex Segnia et Buda dominio Venetiarum de huius negotiis cum Ludovico Hungariae rege. (L. XIV, 71, n. 29—31.)

15 ianuarii. Prima inc.: „Seren. domine mi. Per alias meas litteras datas Segnae, instante die ea que feceramus . . 15 ianuarii."

16 ianuarii. Altera: „Per meas litteras datas Jadre, die 24 mensis dec. . . 16 ian."

27 februarii Tertia: „Per duas manus mearum litterarum, unam videlicet per viam terre . . 27 febr." 289.

1360. 12 ianuarii. Carolus imp. concedit Jacobo II Feltri et Belluni episcopo ac comiti, nec non eius successoribus castrum et plebem Alpagi. (L. IX, 165, f. 91.)

Inc.: „Notum facimus . . quod licet de innata mansuetudinis clemencia benigna . . Prage, 2 idus (12) ianuarii, 1360."

Ed. Glafeyus 'Spec. decad. sigill.' p. 33; Cappelletti 'Chiese d'Italia', X, 179—181. **290.**

1360. 13 ianuarii. Idem medietatem provisionis fisco imperiali debitam concessit eidem ad eius *vitae dies*.

Inc.: „Notum facimus .. quod nos grata et fidelia obsequia venerabilis Jacobi feltriensis .. Prage, idib. (13) ianuarii, 1360."

Ed. Glafeyus 'Anecd.' p. 1, 'Spec. decad. sigill.', p. 32; Cappelletti 'Chiese d'Italia', X, 178—179. **291.**

1361. 4 octobris. Rodulphus IV archid. Austriae obligat titulo pignoris castrum et oppidum Portusnaonis Joanni et Eglofo de Lisca, quoadusque summam octo millium florenorum sibi ab eis commodatam Venetiis vel Tarvisii restituant. (L. X, 309, n. 3.)

Inc.: „Nos Rodulfus .. notificamus presentium inspectoribus universis quod nobilibus viris fidelibus nostris dilectis .. Venetiis, 4 octobris, 1361." **292.**

1362. 15 ianuarii. Carolus IV imperator creat sacri lateranensis palatii comites Ulricum et Schinellum milites fratres de Cuccanea, cum potestate creandi notarios et nothos legitimandi. (L. XIV, 48, f. 197—198.)

Inc.: „De vestre fidei circumspectionis industria plenam habentes fiduciam, vos et heredes vestros .. Nuremberge, 18 kal. febr. (15 ian.) 1362." **293.**

13 iulii. Rudolphus archidux Austriae affirmat litteris testimonialibus Bertoldum et Henricum de Spegnembergo fratres redemisse ab Eglofo et Bello de Lisca castrum Portusnaonis octo millibus aureorum, proptereaque asserit eisdem et eorum haeredibus dominium in Portumnaonis, quousque ea summa illis exsolvatur. (L. XIV, 48, f. 200.)

Inc.: „Recognoscimus et fatemur publice per presentes, pro nobis, dilectis nostris fratribus et haeredibus universis .. Vienne, 13 iulii, 1362. **294.**

1362. 13 iulii. Bertoldus et Henricus de Spegnembergo fratres Rudolpho archiduci Austriae castrum Portusnaonis restituere promittunt, si ipsis octo millia aureorum restituantur. (L. XIV, 48, f. 200—201.)

Inc.: „Nos Bertholdus et Henricus . . recognoscimus quod cum dominus noster Rudolphus . . dederit redimendi . . Spegnimbergi, 13 iulii, 1362.“ **295.**

7 augusti. Wolricus Rimb capitaneus Castelluti nuntiant Walterpertholdo et Henrico fratribus de Spegnembergo venturum Fridericum ducem Austriae cum gentibus armatis. (L. XIV, 48, f. 201.)

Inc.: „Recommendatione premissa, vestris nobilitatibus significando per presentes quod dominus meus d. comes Goritie . . Castelluti, 7 aug. 1362.“ **296.**

1363. 7 februarii. Plurium episcoporum indulgentiae, Urbano V pontifice assentiente, in favorem ecclesiae paroecialis s. Canciani prope Auersperg, dioecesis aquil. Avenione, 7 febr. 1363. (L. XIV, 51, f. 253—254.) **297.**

14 iunii. Carolus imp., rogante Petro VI episc. volaterrano, recipit eiusdem protestationem, iam ab antecessore Philippo episcopo oblatam, quae ecclesiae volaterranae ac episcopatus immunitatem prospicit. (L. IX, 157.)

Inc.: „Notum facimus . . quod venerab. Petrus volaterr. episc. . . nostre maiestati proposuit . . Prage, XVIII kal. iul. (14 iunii) 1363.“ **298.**

1366. 7 septembris. Idem confirmat donationem totius Foriiulii, Marquardo patriarchae aquil. et eius successoribus. (L. X, 132, f. 48.)

Inc.: „In nomine . . Carolus quartus. . . Etsi benignitatis grata clementia universorum quos . . Frangefurt, 7 sept. 1366.“

Ed. Muratori 'Script. rer. it.' XVI, 104. **299.**

1366—1388. Aylini Joannis, notarii de Maniaco, historia belli foroiuliensis,

(L. X, 132, f. 140 173; XIV, 28, f. 1—55; 46, f. 261; 81, f. 7—84.)

Operis huius exempla quinque ex marcianis codicibus vel integram historiam, vel partes, vel compendium exhibent. Historiam binae partes s. fragmenta componunt. Prius fragmentum a. 1366—1387 agit de foedere ducum Bernabovis mediolanensis et Rodulphi austriaci contra Franciscum de Carraria et patriarcham aquil. Ludovicum de la Turre ec.; alterum a. 1386—1388 de combustione Maniaci et Joanne Marchione Moraviae patriarcha aquil. electo. (Plura vide in 'Archiv für Kunde öster. Gesch.' XVIII, p. 340—341 de codicibus marcianis Forumiulii spectantibus.)

300.

1369. Carolus IV imperator tabellionatus officio investit Jacobum q. Francisci Engerlini de Venzono, sacri palatii comitem, ne tamen instrumenta seu contractus in papiro seu charta leviori aut abrasa, sed in membrana munda scribat; neve munera aut odium vel amorem attendat. (L. XIV, 102, n. 532.)

Inc.: „Sceptrigera caesareae dignitatis sublimitas sicut inferioribus potestatibus officii et auctoritatis electione prefertur."

301.

1376. 21 iunii. Ludovicus Hungariae rex foedus init pro se et haeredibus cum patriarcha aquileiensi, cuius terras sub sua suscipit protectione, pluribus episcopis et principibus pactum ratum habentibus . . Wisegrad, 21 iunii, 1376. (L. IX, 126, f. 242—243.)

Inc.: „Notum facimus . . quod tanto celebrius fame nostre preconium culmini nostro regalis serenitas non dubitet ampliare . . Wissegrad, 21 iunii, 1376."

Ed. Georg Fejér 'Codex diplomat. Hungariae', tom. IX, vol. V, p. 90—96. **302.**

1377. 31 martii. Benedictus Henf, olim banus de Hungaria, rediens a visitatione liminum apostolorum Romae, fatetur se mutuo gratuito florenos ducentos auri accepisse a Guillelmo de Curtarodulo, iurisperito de Padua et Michaele de Rabatta, fideli Francisci de

Carraria, quos restituendos promittit *ad festum s. Joannis proxime futuri*, per notarium paduanum de Guarnerinis, *quod nesciat scribere*. (L. XIV, 102, n. 264.)

Inc.: „Ego Benedictus . . existens in civitate Padue ad hospicium Angeli, qui nuper.. Padue.. die ultimo mensis marcii, 1377, indict. XV.“ **303.**

1377. 9 novembris.

Ludovicus Hungariae rex Gregorium papam XI supplex rogat ut Florentinos in Foroiulii residentes ab interdicto absolvat. (L. IX, 125, f. 226.)

Inc.: „Significavit mihi communitas Foriiulii, que sub mea protectione, ut scitis, constituta existit . . Zolii, 9 novembr. 1377.“ **304.**

1379.

Bina litterarum regesta legatorum Venetorum ad Ludovicum Hungariae regem eiusque nepotem Carolum Dyrachii de pace tractanda. (L. X, 299, f. 1—64.)

Primis regestis insunt epistolae tredecim Zachariae Contareni et Jacobi de Priolis ad regem Hungariae datae Tarvisio, Spilimbergo, Villaco, Sacilo, Buda, Oresvar, Vindobona, a die 25 maii ad 2 iulii, anni 1379, quarum octo dominio Venetiarum, caeterae *Benedicto olim bano*, capitaneo Hungarorum in partibus Italiae, Jacobo Hispano comiti, magistro Ludovico Donato generali ordinis minorum, magistro Urbano. Regestis secundis insunt epistolae sex supra quinquaginta Nicolai et Michaelis Mauroceni, Zaccariae Contareni, Jacobi de Priolis, Joannis Gradonici, ambassiatorum ad Carolum de Dyrachio, missarum Sacilo, Tarvisio, Mestre a die septima augusti ad decimam novembris eius anni, dominio Venetiarum, quibus de eadem pace, facultate a rege Hungariae data, cum Carolo Dyrachii quae acta sint ennarrant. Liquet res infectas ob iniquas regis conditiones.

Codex quo Samuel Romanin egregie usus est ad historiam anni 1379 adornandam in 'Storia di Venezia', III, p. 270—273, maximi habendus quod plura eam ad pacem spectantia anecdota exhibeat. **305.**

Copia litterarum missarum a consilio Venceslai VI cardinalibus gallicis petentibus quod fiat generale concilium. (L. XIV, 254, f. 87.)

Inc.: „Quum verendum sit ne quos duces recti itineris habere nos credimus, seminatores habeamus erroris . .“

Coactis comitiis a Venceslao Romanorum et Bohemiae rege, decernitur de validitate electionis Urbani papae VI, neque esse quod celebretur concilium generale. **306.**

1379. 28 augusti. Conradus de Sprichinstag capitaneus Belgradi (in Foroiulii) *affidat* pro comite Goritiae et Tyrolis *in persona et bonis* Conradum utinensem qui veniat Belgradum, indeque recedat usque ad festum nativ. Virginis, dando pro ipsius *galayto* suum gastaldionem. (L. XIV, 102, n. 266.)

Inc.: „Pateat universis quod nos Conradus de Sprichinstag . . presentium per tenorem, per servitores quoscumque . . Belgradi, 28 aug. 1379.“ **307.**

1380. Gravamina ecclesiae aquil. in Austriae duces, duodetriginta capitulis. (L. IX, 125, f. 211—213.)

Inc.: „Inprimis inter cetera origo et fundamentum omnium discordiarum inter eccles. aquil.“ . . 1380?

Commentarioli auctor creditur Odoricus de Susannis utinensis, dati ut Marquardus a feriendis induciis cum Austriae ducibus averteretur. **308.**

7 martii. Epistola conficta reipublicae Venetiarum ad sereniss. Ludovicum, regem Hungariae. (L. XIV, 266, f. 254—256.)

Inc.: „Quid agas ut videas de nullo confisa deceptum . . Datum in campis Clugie, primo nonas (7) martii, 1380.

Urbis Venetiarum gloriosas origines ac Andreae Contareni gesta ubi repetiit auctor, in Ludovicum iniusto bello Venetos lacessentem insurgit. **309.**

1380. 5 aprilis. Marquardus patriarcha aquil. magistro Augustino qu. Benimbene, militi de Alonis, utinensi, ob plura et fidelia servitia cum veteranis praestita in recuperatione Tergesti *(in durissimam ac crudelissimam servitutem. sub iugo civitatis et dominii Venetiarum reducti)* largitur, titulo remunerationis, domos, possessiones, bona quae Manum de Pariono spectabant. Domorum in contracta Riburgii confinia assignantur. (L. XIV, 101, n. 89.)

Autographum datum die Veneris, quinto aprilis, 1380. **310.**

1381. 7 martii. Urbanus papa VI Ludovico Hungariae regi refert administrationem ecclesiae aquil. deputasse eius consanguineo Philippo episcopo sabinensi, quod illius auxilio *valde utilis sit ad pacificandum partes illas.* (L. IX, 125, f. 209.)

Inc.: „Tue serenitati innotescere volumus quod de mense iunii nunc proxime preterito . . Rome, nonis (7) martii, 1381."

V. De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 960—961. **311.**

17 aprilis. Ludovicus rex Hungariae cardinali de Lancorio sibi referenti habuisse a pontifice *in commendam* patriarchatum aquil. respondet iam captum in Foroiuliensium consiliis, de Ludovico de Helfinstaing patriarcha renuntiando, cui nominationi non obsit, immo faveat.

Inc.: „Litteras vestre paternitatis in quibus provisionem de ecclesia patriarchali aquil. . . Bude, 17 aprilis, 1381. **312.**

18 aprilis. Idem repetit per familiarem Gandiolum utinensem, missum ad Urbanum papam VI, supplicationem de Ludovico de Helphinstaing, uxoris suae consanguineo, in patriarcham aquil. renuntiando: se instante, Ludovicum Austriae ducem a bello in ecclesiam aquil. declinasse asserit. (L. IX, 125.)

Inc.: „Credo vestre sanctitati non latere quomodo super promotione vener. viri dom. Ludovici de Helphinstaing . . Bude, 18 april., 1381." **313.**

1381. 18 aprilis. Joannes comes Veglae, Modrussae ec. rectoribus et consilio Utini grates agit pro Hungariae rege, quod Ludovicum de Helphiustaing aquil. patriarcham renuntiarint, ac monet ut in proposito permaneat ne ecclesia aquil. *in commendam* eidem Ludovico tradatur. (L. IX, 125, f. 210.)

Inc.: „Inter cetera noveritis quod dom. noster rex una cum dom. regina vestra affectionem . . Bude, 18 aprilis, 1381.“ **314.**

28 aprilis. Ludovicus Hungariae rex grates agit Foroiuliensibus quod in parlamento unanimiter convenissent de *Lodoyco de Helfinstaing* in patriarcham aquil. renunciando, ac instat ut eum promoveant, resistendo *contrariantibus in hac parte.* (L. IX, 125, f. 208—209.)

Inc.: „Veridico percepimus ex relatu quomodo vestra amicitia illam antiquam affectionem . . Bude, 28 aprilis, 1381.“

Elisabeth regina eadem fere alia epistola data die 18 aprilis repetit. **315.**

mense maio. Idem praelatis et nobilibus foroiuliensibus mittit legatum Balthassarem de Spinulis, ut reverenter recipiant patriarcham a pontifice electum, Philippum de Alençonio cardinalem. (L. IX, 126, f. 20.)

Inc.: „Ex quo dom. summus pontifex . . dom. Philippo de Alençonio, consanguineo nostro.“ **316.**

6 augusti. Wenceslaus Romanorum et Bohemiae rex Gherardo de Prata gratiam regiam asserit, eique de imperio bene merenti dat potestatem feuda suscipiendi et investiendi. (L. XIV, 48, f. 253.)

Inc.: „Requirentibus probitatum meritis et circumspectionis industria, quibus ad nostrum et sacri imperii honorem frequenter intendisti . . Prage, 6 aug. 1381.

Subscribunt epistolae Primislaus dux teschinensis et Conradus episcopus lubecensis. **317.**

16 augusti. Ludovicus Hungariae rex Philippo episcopo sabinensi, cardinali successionem Marquardo in aquileiensem patriachatum ad-

firmat, ubi promissionibus sibi factis steterit. In epistola Urbano papae VI danda proponit Ludovicum de Helfinstaing instituendum episcopum vacantis ecclesiae frisingensis. (L. IX, 125, f. 221—222.)

Inc.: „Ea que Franciscus Rabariuli cubicularius vester nobis pro vestri parte sub virtute litterarum . . Zolii. 16 aug. 1381.“ **318.**

1381. 16 augusti.

Idem Foroiuliensibus commendat ut Philippum de Alençonio, cui Urbanus papa VI patriarchatum aquil. in commendam dedit, adiuvent in eiusdem patriarchatus possessione pacifice assequenda, siquidem promissis stet et in proposito perseveret. (L. IX, 125, f. 221.)

Inc.: „Scimus vos non latere quomodo ipsa ecclesia aquil. et vestre universitatis amicitia . . Zolii, 16 aug. 1381.“ **319.**

1385. 4 ianuarii

Elisabeth Bohemiae regina rectoribus, civibus et communi civitatis Creydae, commendat Elisabeth viduam Francisci de Saborniano in patriam revertentem. (L. XIV, 48, f. 184.)

Inc.: „Fideles dilecti. Nobilem Elizabeth relictam quond. nobilis Francisci de Saborniano, quam de genere nobilium de Rulano . . Pragae, 4 ianuarii . .“ 1385. **320.**

1388. 5 ianuarii.

Albertus dux Austriae, vicario generali aquil. et officialibus deputatis nuntiat de proxima legatione portusnaonensi, eis per capitaneum in Carniola deputanda. (L. XIV, 102, n. 347.)

Inc.: „Dilectus noster fidelis Hugo de Duino, capitaneus in Carniola mittet ex parte fidelium nostrorum . . Vienne, 5 ianuarii, 1388.“ **321.**

8 ianuarii.

Joannes luthomilensis episcopus et ad ecclesiam olomucensem postulatus grates agit Carrariensi Paduae domino, quod nunciaverit benevole se patriarcham aquileiensem renuntiatum, ac rogat non permittat Aquileiae ecclesiam eiusque bona per aliquem impediri. (L. IX, 125, f. 309.)

Inc.: „Super illa benevolentia que vos ex ore vestri nuncii . . Olomuci, 8 ianuarii, 1388.“ **322.**

1388. 18 ianuarii.

Jodocus marchio et dominus Moraviae grates agit Carrariensi domino Paduae, quod faveat fratri suo Joanni electo patriarchae aquil., ac precatur ne permittat ecclesiam eam eiusque bona ab aliquo impediri. (L. IX, 126, f. 310.)

Inc.: „Super benevolentia vestra qua vos apud rever. dominum Joannem luthomilensem .. Olomuci, 18 ianuarii, 1388.“ **323.**

13 februarii.

Carrariensis dominus Paduae Joanni episcopo luthomilensi et fratri Jodoco marchioni Moraviae nuntiat quae egerit pro pace aquil. ecclesiae restituenda, cuius iura et obedientiam per nullum impediri non sinet. (L. IX, 126, f. 309.)

Inc.: „A rev. patre domino Joanne episcopo luthomislensi electo patriarcha aquil. . . Padue, 13 febr. 1388.“ **324.**

29 aprilis.

Joannes electus patriarcha aquil. nuntiat domino Bondi, abbati monasterii s. Galli mosacensis, dignitates in proprium fratrem Jodocum recens collatas. Quoad rumorem in Foroiulii effusum, se parum sollicitum de sede aquil. acceptanda, asserit se breviter magno comitatu Utinum iter paraturum. (L. IX, 126, f. 316.)

Inc.: „De vestra accurata sollicitudine quam in nostris indefesse geritis negotiis .. In castro nostro Modritz, 29 aprilis, 1388.“ **325.**

1389. 3 maii.

Wenceslaus rex confirmat Alberto V episcopo tridentino privilegium eius praedecessoribus a Friderico datum (a. 1189) possidendi auri et argenti fodinas in comitatu tridentino. (L. IX, 166, f 400—401.)

Inc.: „Notum facimus tenore presentium universis quod pro parte vener. Alberti episc. trident... Datum in Egra, 3 maii, 1389.“

Edidit Bonelli 'Notizie stor. di chiesa di Trento', III, 1, 231—232. **326.**

5 augusti.

Antonius Venerius dux Venetiarum Jodoco Moraviae marchioni refert de discordiis inter eius fratrem Joannem, patriarcham aquil.

et communitatem utinensem obortis, quibus declinandis fraterna monimenta interponat . . Venetiis, 5 aug. 1389

Inc.: „Alias, si bene recolimus, excellentia vestra et litteris et per suos ambasiatores . . Venetiis, 5 aug. indict XII, 1389."

Edidit De Rubeis, 'Monum. eccl. Aquil.', col. 984, sub die 10 maii. **327.**

1390. 3 octobr.

Capitulum ecclesiae tridentinae Georgio (sc. Liechtenstain-Nicolsburg) s. Stephani Vindobonae praeposito nuntiat eum concordi omnium canonicorum voto episcopum tridentinum renuntiatum, supplicans, per procuratorem Nicolaum de Fundo, ut electioni annuat. (L. IX, 166, f. 401—402.)

Inc.: „Quia sacris canonibus novimus esse cautum ut ultra tres menses pontifice proprio . . Tridenti, 3 octobris, 1390."

Edidit Bonelli 'Notizie stor. d. chiesa di Trento', III, I, 233—234. **328.**

1394. 17 decembris.

Joannes de Rabata, qua procurator militis Phaebi della Turre, vendit pretio ducatorum ducentorum auri Maynardo qu. Petri de Oberlaybach, iure feudi, bona sita in villis Podgora et Lucinichio . . (L. XIV, 101, n. 103.)

Inc: „In Christi . . anno 1394, die decima septima mensis decembris. Actum in stuba infrascripti Joannis procuratoris, presentibus Mathia notario de Goricia . . ." **329.**

1397. 24 novembris.

Consilium Civitatis Austriae Joannem de Rabata Goriciae capitaneum rogat de restitutione *sboliationis et robarie* duarum villarum Civitati Austriae subditarum et de liberatione Petri quond. Nicolusii de pertinentiis Montisfalconis, captivum ductum *dum more hominum faciebat facta sua.* (L. XIV. 102, n. 287.)

Inc.: „Pridie vobis salutabili ostensione descripsimus, instanti prece rogantes ut cum aliqui . . Civitatis Austrie, 24 novembris, 1397." **330.**

1399. 9 martii.

Idem eundem invitat ut Andreae nuncio et Catarussiae Brandani defuncti uxori dent huius *ferramenta*, quod cedant in favorem eius filiorum. (L. XIV, 102, n. 291.)

Inc.: „Cum Brandanus carpentarius, vicinus noster eo quo vobis tempore laboravit in Orimberch . . Civitatis Austrie, 9 martii. 1399." **331.**

1401. 19 maii. Berchtoldus de Vahingen, episcopus frisingensis, Jacobus de . . . . ., Fridericus Dezza Margarethae reginae Hungariae et Siciliae exponunt quod, quemadmodum per proprios *ambasciatores* significaverant eorum ad eas partes adventum, pro ducendis in Alamaniam Joanna ducissa et Willhelmo duce Austriae *eius conthorali*, sic modo studiosius sollicitant, ut super isto facto det expeditionem et conclusionem finalem. (L. XIV, 102, n. 340.)

Inc.: „Quemadmodum vestre regie maiestati nostris litteris pluries et ultimo per solemnes ambasciatores nostros . . Berlett, 19 maii, 1401." **332.**

20 novembris. Oratio *Petri de Alvarotis* paduani, legum doctoris, exposita coram Roberto de Bavaria, Romanorum rege, nomine universitatis paduanae, anno 1401, die dominico, vigesimo mensis novembris. Padue, in palatio Francisci de Carraria Paduae. (L. XIV, 127, f. 197.)

Auctor praemissa invocatione ex capit. 12. III. Regum: *Tu es vir Dei qui venisti*, incipit: „Clari tui nominis, principum serenissime, sola fama eo magis tue virtutes innuere laudes."

Laus perpetua Roberti. Particulae sub fine quae incipit: „Venisti imperator ad hanc tuam imperialem et regiam urbem . . felicissimam tanto duce Francischo de Carraria tuo vicario, illam regaliter gubernante . ." subest: „Prelibati huius sermonis impositus fuit finis per me Dominicum de Firmo, rogatu singulari charissimi mei fratris domini Bonifacii de Calabria regali, fertili et habundante." **333.**

21 novembris. Consilium Matthiae comitis de Porcilleis et Moschini de la Turre, locumtenentium Antonii patriarchae aquil., praelatorum, nobilium, Fenicii abatis rosacensis, Friderici decani aquil. super

agendis contra gentes armigeras de Alemannia paratas Foroiulio invadendo. (L. XIV, 101, n. 118.)

Inc.: „In Christi . . anno 1401, die vigesimo primo mensis novembris. Actum Utini aquil. dioc. in castro patriarch. et sala magna ipsius, interfuerunt nobiles et egregii viri . .“

V. De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 988—989.

Eiusmodi documentis similibus Gemona, Cadubrium, Venzonum, Strasoldo, Sesto mittunt procuratores *ad ligam firmandam* cum Utino et Civitate Austriae. **334.**

1402. Regesta epistolarum latinarum fere quadraginta Francisci II *Novello*, appellati de Carraria, ducis Patavii, quibus primores aliquot Germanos de rebus Italiae instruit. (L. XIV, 93, passim.)

Extant inter 800 epistolas ab eodem Francisco annis 1402—3 datas in codice ms., quem consilium decemvirum Venet., post excidium familiae, Patavio cum aliis transferendum in tabularium Venetias curavit, anno vero 1787 marcianae bibliothecae commisit.

In epistolis ad regem Robertum Franciscus supplex exorat, Italiae subveniat et opituletur; non semel rogat aes sibi restitui vel ei vel reginae commodatum; curabit ne eius *clenodie* pignori oblatae vendantur; eius nuptias Coloniae proxime futuras gratulatur; nuntiat mortem comitis Virtutis; captivitatem natorum; ligam inter papam, Venetos et Florentinos. Extrema repetit epistolis septem Alberto et Willelmo ducibus Austriae: Alberto grates reddit de sex imaginibus lapideis *miro decore nitentibus* sibi dono datis: Wilhelmo Manuelem Palaeologum, oratorem constantinopolitanum et magistrum Andream de Pisis commendat; dat preces ut pecuniam commodatam sibi restituat, ac retro mittat magistrum Joannem chirurgum magistri Thaddaei de Ferraria. Ab episcopo frisingensi exigit *fictum* mille ducatorum pro castro Glanech, quem fictum spondet Ludovico Bavariae duci se soluturum. Duci Saxoniae roganti *an imperatori sit adhaerendum* respondet ei favendum *ut principi iustissimo et amatissimo.* Caeteris Stephano Bavariae et Carolo Lotharingiae ducibus, archiepiscopo salisburgensi, episcopo tridentino, sorori Ziliolae Saxoniae

et Luneburgi ducissae, Conrado de Eglofstein magistro ordinis teutonici, Martino de Pusolt nihil inest memoratu dignum.

Eas edidit acad. scient. vindob. anno 1861, vol. 26 operis: 'Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen', p. 355—378. **335.**

1407. 29 novembris.

Michael Steno dux Venetiarum recipit Nicolaum del Torso quond. Joannis de Utino, *civem Venetiarum de intus* cum suis filiis et haeredibus, ita ut libertate, immunitatibus, honoribus quibuscumque gaudeat, dummodo ne in *Fontico Teutonicorum* aut cum Teutonicis mercimonia habeat . . Venetiis, 29 novembris, 1407. (L. XIV, 48, f. 157.) **336.**

1408. 21 aprilis.

Vexillifer et populus communis Florentiae Romanorum regi gratulantur de eius *sublimatione*, ex qua sperant magnam *seculi tranquillitatem et pacem.* (L. XI, 100, f. 97—98.)

Inc.: „Gloria et magnitudo et omnis prosperitas sit in perpetuum tibi, gloriosissime rex.“ — Finit: „Mercatores autem ut gratiam et benignitatem regiam in suis negotiis reportent. Date Florentie, XI cal. maias (21 apr.), 1408.“

Lünig ‚Codex Ital. diplom.' I, 2473 — Chmel 'Regesta chronol.-dipl Ruperti regis Rom.' p. 183. **337.**

1409. 14 februarii.

Robertus Romanorum rex, pacis ecclesiae restituendae studio, mittit Utinensibus legatos, *quibus consiliis et auxiliis opportunis* assistant. (L. IX, 126, f. 355.)

Inc.: „Quantum nostre mentis turbet oculos sancte romane ecclesie matris nostre dissidium . . Heidelberge, 14 febr. 1409.“ Habet De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 1009—1010. **338.**

19 iunii.

Idem rogat Civitatenses ut *sollicitudinem interponere velint* quatenus discordiae sopiantur quae suboriri possent occasione accessus praelatorum ad concilium generale in Civitate Austriae celebrandum. (L. IX, 126, f. 359—362.)

Inc.: „Cum . . . . Gregorius papa II . . generale concilium

celebraturus propter desideratissimam unionem sancte matris ecclesie . . Heidelberge, 19 iunii, 1409.

Epistolam edidit De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 1015—1016.
339.

1409. 19 iunii. Idem rogat Jacobum nobilem de Valvasono ut prudenter discordias declinet quae in accessu praelatorum ad generale concilium Civitatis Austriae iussu pontificis coeundum exoriri possent. (L. IX, 126, f 354.)

Fere eadem exponuntur quae in epistola antecedenti. Vide De Rubeis 'Mon. Aquil.' col. 1010—1012. **340.**

1410. 10 ianuarii. Jacobus (de Tarvisio), episcopus Tarvisii, mandato pontificis, praecipit praelatis, nobilibus et communitatibus Foriiulii, ne Friderico comiti de Ortemburg (qui praetexto consensu pontificis tentabat, Wenceslai regis nomine, Foruminlii occupare) in iis quae ad ecclesiam aquil. et patriarcham Autonium de Portugruario spectant, ullo modo pareant; neve credant suggestionibus asserentium castrum Sacili papam Venetis concessisse, hoc autem sub poena excommunicationis et privationis feudorum. (L. XIV, 102, n. 431.)

Inc.: „Pridie ad notitiam sanctiss. in Christo patris et dom. nostri dom. Alexandri pape V . . deducto quod . . Portugruarii, 10 ianuarii" (1410).

Docum. authent. **341.**

Gasparini Barzizii pergamensis epistola consolatoria Elisabethae Romanorum reginae. super morte Roberti coniugis (qui obiit calend. iunii, ann. 1410). (L XI, 21, f. 26—27.)

Inc.: „Sepe mecum institui aliquid vestre celsitudini scribere, quo maximos dolores vestros lenirem"

Epistola edita est inter auctoris 'Opera' Romae, 1723, p. I, p. 96. **342.**

23 iulii. P. Caspar de marcha Styria, familiaris comitis de Ortemburg,

rogat Utinenses ut equus aliaque restituantur ei ablata usque a tempore Joannis patriarchae aquil. (L. XIV, 102, n. 381.)

Inc.: „Noveritis quod tempore pie memorie reverendiss. domini Johannis patriarchae aquil. . . in castro Utini. Die Jovis post Margarete.“ (23 iul.) **343.**

1411—1413. **Bellum Sigismundi cum Venetis.** (344—351.)

1411. 13 iunii. Sigismundus Romanorum rex laudat Civitatenses quod Friderico comiti in Ortemburg et Sternberg, vicario generali per se constituto patriarchatus aquil. hucusque paruerint, ac hortatur in eo proposito perseverent usque ad promotionem patriarchae per pontificem eligendi, *ex nostri voluntate et dispositione.* (L. IX, 126.)

Inc.: „Nedum ad nostram notitiam sed et partes orbis evigilans et laudabilis fama . . Themespruk, 13 iunii, 1411.“ **344.**

1 octobris. Joannes Meinhardus, comes Goriciae et Tyrolis mittit Utinensibus Joannem presbyterum ac militem Franciscum de Cormons, quibus fidem indubiam praestent. (L. XIV, 102, n. 345.)

Inc.: „Dirigimus ad vos nobiles et fideles nostros dominum Joannem presbyterum, cappellanum . . Goriciae, 1 octobr. 1411.“ **345.**

1412. 9 aprilis. Fridericus comes in Ortemburg, locumtenens caesareus consilio Sancti Danielis grates agit de subsidiis *in favorem regie maiestatis.* (L. XIV, 102, n. 418.)

Inc: „Nobilitatibus vestris regratior in immensum de vestra observantia oblatorum, subsidio et favore . . Utini, 9 aprilis, 1412.“ **346.**

12 iulii Congregato consilio in collegiata ecclesia Civitatis Austriae, per litteras Fr. comitis in Ortemburg caesarei vicarii generalis in Foroiulii, comes Goritiae et Tyrolis, Sigismundi regis commissa-

rius renuntiat patriarcham aquil. Ludovicum de Tech, cui nobiles et communitates fidelitatis et *homagii* iuramentum deferunt. (L. IX, 125, f. 48—49.)

Documentum datum ex Civitate Austriae. 12 iulii, 1412.

V. De Rubeis 'Mon. aquil.' col. 1037—1040. **347.**

1413. 17 aprilis. *Tregue pacis seu sufferentie* quinquennales quas Sigismundus rex *in discessu nostro campestri in patria Foriiulii apud Castelletum*, cum republica veneta, huius legatis intercedentibus Thoma Mocenigo et Antonio Contareno, pactus est die 17 aprilis, anni 1413, *eo ut ad pacem perpetuis temporibus duraturam perveniatur.* (J. VII, 1180, f. 32, 39.)

Iis induciis ex parte caesaris includuntur patriarcha aquil. comites Goritiae et Tyrolis, vicarius generalis Mantuae; ex parte Venetorum marchio estensis, fratres de Malatesta, Oppizo de Polenta ravennas, pluresque alii nominati. **348.**

25 aprilis. Parlamentum contra Tristanum de Saborniano celebratum, pluribus patriarcham aquil obtestantibus, quatenus instet apud Sigismundum Romanorum et Hungariae regem pro confirmatione definitionum, deliberationum et determinationum a parlamento factarum, contra Tristanum, *filios et heredes, fratres et sequaces.* Utini, 25 aprilis, 1413. (L. XIV, 46, f. 227—230.) **349.**

7 augusti. Sigismundus Roman. rex mandat Artico, Rizzardo et Wolrico fratribus de Tercento ut castrum Tercenti (iisdem obligatum) tradant Ludovico patriarchae aquil., a quo summam ducatorum bis millium Utini repositam recipient. (L. XIV; 49, f. 172.)

Inc.: „Sigismundus . . intellexit nostra serenitas quod summa duorum millium ducatorum, pro quibus castrum Tercenti vobis extitit . . 7 aug. 1413.“ **350.**

27 septembris. Idem respondet Civitatensibus se eorum desiderium de propria in Foroiulii praesentia a nuncio collegisse missurumque gentes

eorum praesidio necessarias; a constantia minime desciscant, nec Tristano de Saborniano, suisque complicibus aurem praebeant. (L. IX, 126, f. 368.)

Inc.: „Benigne recepit excellentia nostra litteras quas per presentem nuncium . . Bude, 27 septembris, 1413." **351.**

1414—1418. **Concilium Constantiense.** (352—384.)

1413. 13 octobris

Oratio *Francisci* cardin. *Zabarella*, archiep. florentini a Joanne papa XXIII ad Sigismundum Roman. regem missi una cum Antonio cardinali de Chalant, ad consulendum de loco concilii habendi. (L. IV, 74, f. 10—12.)

Inc.: „Dignus es accipere divinitatem. Apocal. V. Divos seu divinos homines liquet appellatos fuisse eos qui essent Romanorum imperatores . . 13 octobris, 1413. **352.**

Ordinationes, statuta, constitutiones, decreta aliaque acta et gesta concilii constantiensis. (L. IV, 74, f.ª 1—277.)

Praeeunt acta pro loco concilii designando, breve Joannis papae XXIII ad Franciscum Zabarellam et Antonium de Chalant, cardinales ut cum Sigismundo Romanorum rege ea de re conferant; illius ad hunc orationes; instrumenta notariorum; litterae Sigismundi et pontificis, magnatum, civium Constantiae; omnia anno 1413 data; item descriptio itineris papae a Bononia Constantiam usque. Sessiones a prima ad vigesimam primam insunt foliis 26—249; foliis 260—277 sessiones 41—45 compendiose datae. Si cum impresso (Concil. a Labbé, Venet. vol. XVI) conferas, plura certe desunt quae in edito habentur; verum quaedam non minoris ponderis desiderantur in impresso. eo magis aestimanda quod codex saeculi decimiquinti ex decemvirum consilio in bibliothecam anno 1787 inlatus est. **353.**

Concilium constantiense oecumenicum. (Zan. L. 165, f. 509.)
Nicolaus Coletus, qui haec acta et documenta historica pluries edita, novo codicum mss. apparatu vulgavit, externa supellectile praelata codices nostros neglexit Quibus adhibitis, plura sane non ante edita protulisset, quae codicibus barberinianis et vindobonensibus minime insunt, cum quibus caeterum pleraque congruunt. Cum sessiones et in eis acta turbate distribuantur, abs re foret in praesentiarum textum manuscriptum cum vulgato conferre ut quae publici iuris facienda sint annotentur. **354.**

1415. 22 martii. *Joannis Gersonis* sermo habitus coram Sigismundo rege et Joanne papa XXIII, sub initio concilii constantiensis: a. de corpore mystico militantis ecclesiae, capite et membris; b. auctotoritate, potestate, convocatione, utilitate concilii; c. iis quae in concilio tractanda. (L. IV, 20, f. 55—60; 90, f. 59—68; 91, f. 113—115.)
Inc.: „Triplicem in medio consideracionem deducere conformiter ad predicta proposui."
Hermannus van der Hardt orationem asserit in Concilio recitatam die 22 martii, 1415. V. Tosti, 'Storia del concilio di Costanza', Napoli, 1853, vol. II, p. 229. **355.**

Impugnatio cathedrae romanae ecclesiae in concilio constant. eiusdemque defensio. (L. IV, 92, p. 3—36.)
Propositiones viginti duae cum responsis. Prima inc.: „Vacante sede per mortem Petri qui primus sedit, Clemens per eum electus electioni renuntiavit.
Contentione oborta inter patres concilii et cardinalium collegium de romano pontifico eligendo, plura hinc inde et voce et calamo deducta. Auctor impugnationis probat concilio constantiensi ius esse ea vice sibi electionem papae reservare, opinione discussa num potestas concilii supra papam sit nec ne. **356.**

Petri Pauli Vergerii senioris pro reintegranda uniendaque ecclesia, ad rever. cardinales oratio, tempore schismatis in consistorio habita. (L. XIV, 210, f. 165—171.)

Inc.: „Ecce nunc tempus acceptabile p. c. ss. r. e. cardinales, ecce nunc dies expectate salutis . ." **357.**

Raciones et motiva reprobationum XLV articulorum Wichleff et sequacis sui Joannis Huss. (L. IV, 20, f. 7—20; 92, f. 265—318.)

Editum in 'Concil. a Labbé', Venet. XVI, col. 846—870, cum variantt. lectioun. **358.**

1415. 30 maii. *Poggii* Florentini epistola de morte Hieronymi Huss pragensis, ad Leonardum Aretinum. (L. XI, 68, f. 76—79; XIV, 228, f. 376—385; 252, f. 63—67; 262, f. 91—94.)

Inc.: „Cum pluribus diebus ad balnea fuissem, scripsi ad Nicolaum nostrum . . Constantiae, III kal. iunias, quo die Jeronimus penas luit." (30 maii, 1415.)

Epistolae editae primum codicem membranaceum ex saeculo XV, quo olim Petrus Riccobaldus Volaterranus usus est, puritas lectionis commendat. **359.**

6 iulii. *Jacobi* episcopi laudensis oratio in supplicium Hussi habita in publica sessione concilii constantiensis die 6 iulii, anni 1415, in qua agitur de damno ex trium pontificum dissidiis in ecclesia suborto. (L. IV, 20, f. 229—230.)

Inc.: „Divini ac summi presidii supplici invocatione confisus."

Edita in 'Concil. a Labbé', Venet. XXI, col. 1323—1326.

Frater ex ordine praedicatorum, Jacobus III de Balardis, Arrigonius laudensis quoque appellatus, ecclesiae laudensi praefuit ann. 1407—1417, tergestinae 1417—1424. **360.**

12 iulii. *Joannis Gersonis directiones* circa potestatem concilii generalis, et in generalibus conciliis agenda, factis potissimum constant. concilii comprobatae, et quibus futura quaeque concilia edocet. (L. IV, 20, f. 52—55; 90, f. 69—75; 91, f. 97—109; 92, f. 145—157.)

Inc.: „Concilium generale potestatem a Christo immediate

habet, cui quilibet cuiuscumque status.“ Deest utrobique principium orationis, non ita in edita (‘Concill. a Labbé’, Venet. XVI, col. 1327—1336), quam Coletus die 12 iulii anni 1415 habitam asserit, ante quam Sigismundus in Hispaniam abiret, Benedictum XIII (Petrum de Luna) in concilii sententiam adducturus. **361.**

1416. Rationes octo fundatae in dictis et scriptis magistri *Joannis Gersonii* cancelarii univers. paris. contra assertiones Joannis Parvi *de occidendo tyranno*, occasione occisionis Aloysii ducis aurelianensis (1407). (L. IV, 20, f. 194—206.)

Inc.: „Et primo arguitur sic, secundum quod per documentum naturae omnia membra in uno vero corpore.“

Tractatum in cod. mutilum edidit integrum Du Pin in ‘Gersonis opera’, Antuerpiae, 1706, tom. V, col. 725—748. **362.**

29 martii. *Petri de Alliaco* cardinalis cameracensis sermo Constantiae habitus a. d. 1416, die dominica qua cantatur *Laetare* (29 martii). (L. IV, 20, f. 236—240; 90, f. 79—87.)

Inc.: „*Letare Jerusalem*. Hoc breve verbum magni gaudii expressivum hodie celebriter cantitur in principio . .“

In eo sermone, qui deest seriei eius operum (‘Gersonis Joannis opera’, Antuerpiae, 1706, vol. I), perstringitur et damnatur sententia *de tyranno licite occidendo*. **363.**

30 aprilis. Sermo *Jacobi* episcopi laudensis in exequiis Ferdinandi Aragonum regis, habitus Constantiae, die 30 aprilis, 1416, in concilio. (L. IV, 20, f. 190—193; 92, p. 239—248.)

Inc.: „Reverendiss. patres et orthodoxi domini, in uberrimos indesinenter fletus prorumpere et lacrymas effundere incessantes.“

Edita in ‘Concill. a Labbé’, Venet. XVI, col. 1343—1350. Antonio de Mercede Alphonsi regis Aragoniae ad concilium legato adiudicatur. **364.**

7 iulii. *Joannis Gersonis* fragmentum sermonis de spiritu sancto, coram patribus concilii dicti die 7 iulii, 1416. (L. IV, 20, f. 128—130.)

Inc.: „Hoc preclarum sapientis eulogium, hoc inspiratum et prophetatum divinitus oraculum . ."

Editum parum castigate in 'Gersonis opera', Antuerp. 1706, tom. III, col. 1234—1236, quasi prooemium maioris operis de spiritu sancto. **365.**

Impugnatio quatuor assertionum p. f. *Leonardi* Statii de Datis florentini, ordinis praedicatorum magistri generalis. (L. IV, 20, f. 250—260; 92, f. 41—77.)

Auctor in sermone divi Francisci habito Constantiae die 4 octobris, anni 1416 quatuor assertionibus demonstrandum sumpserat *gladii spiritualis supremam potestatem esse in papa legitime praesidente, non in concilio generali.* Sic aggreditur: „Circa assertiones premissas moventur aliqua dubia, ad que ut amicabiliter petitur, earum assertor respondeat." Dein assertiones et responsa fusiori sermone allegantur.

De opere, quod ineditum videtur, nullum apud Echard. (Scriptt. ordin. praed., 1719, tom. I, p. 756) verbum. **366.**

1416. 1 novembris. *Petri de Alliaco*, cardinalis cameracensis tractatus *de reformatione ecclesiae*, oblatus primoribus ecclesiasticis in concilio, kal. novembris, 1416. (L. IV, 20, f. 244—250; 91, f. 121—149; 92, f. 113—131.)

Inc.: „De reformatione ecclesie plura dudum per me scripta, nunc compendiosius recolligere et sacri gener. const. concilii examini . ."

Continuo ecclesiae *deformationi*, reformationis remedia auctor obiicit.

Tractatus cum in auctoris operum serie ('Gersonis Joannis opera', Antuerp. 1706, vol. II, col. 903—916) tum a *Gratio* editus est in 'Fasciculus rerum expetendar.' Colon. 1535, f. CCIII—CCVIII, ac Londini, 1690, vol. I, p. 407—416. **367.**

1417. 1 ianuarii. Sermo fratris Leonardi Statii de Datis, habitus cal. ianuarii, 1417, in concilo. (L. IV, 20, f. 260—267; 92, f. 77—99.)

Inc.: „Compertum habes, o sacrum divinumque concilium, hac clara die que subsequentibus aperit anni iannarii . ."

Ubi plura de circumcisjonis mysterio declaravit, urget argumenta affirmationum pro papae superioritate, quas anno anteacto die quarta octobris propugnaverat, sub fine sermonis inferens auctor „quod postquam consumati sunt dies octo ut circumcideretur puer, consumati sunt anni octo a concilio pisano in quo hec civilis circumcisio ordinata est." Sermonem ineditum puto **368.**

1417. 21 martii. *Petri de Aliaco* cardinalis et episcopi cameracensis sermo Constantiae de vero ecclesiae capite, de divina episcoporum missione, de unione membrorum cum capite, de reformatione ecclesiae et de Joannis Parvi causa dissimulata, in dominica *Laetare* anni 1417, 21 martii habitus. (L. IV, 90, f. 89—98.)

Inc.: „In evangelio dominice currentis, secundum usum nostrum pro ut evangelica presens tradit historia." Mutilus in fine.

Deest in serie auctoris operum ('Gersonis Joannis, opera', Ant 1706, vol. I). **369.**

30 octobris *Joannis de Scribanis*, annatarum defensio, quas tuendas cardinales in sessione XL concilii die 30 octobris, anni 1417 habita, eidem commiserunt.

Tractatus mutilus incip: „In ista materia primo presuponendum est quod summus pontifex debet tenere statum magnificum . ."

Joannes de Scribanis, procurator fisci et sedis apostolicae, usque ab anno 1415 Constantiae degerat. **370.**

Notabilia de ecclesia, concilio, papa, clavibus ec, et quasi in penu quodam congesta, unde sibi peteret materiam auctoritatemque ille, quicumque fuit, qui in concilio, memoriae suae haecce reposuit. (L. IV, 92, p. 341—364.)

Inc.: „Salvator noster dominus Jesus Christus constituit maiores sacerdotes apostolos, minores septuaginta duos discipulos."

Auctor pro auctoritate concilii supra papam stare dignoscitur. **371.**

Sermo de spiritu sancto. (L. IV, 20, f. 60—62.)

Inc.: „Repleti omnes spiritu sancto, scriptum est actuum originaliter et recitative.“

Ex dictione Joanni Gersoni adtribuam, licet in operibus desideretur. **372.**

Sermo in die Veneris sancti factus per reverendum patrem dom. episcopum *(Henricum de Villesurillon)* tholonensem. (L. IV, 20, f. 131—145.)

Inc.: „*Crucifixerunt eum.* Joh. XIX°, pro clariori et efficatiori intelligentia, ubi pro themate assumpti ponam . .“

„Henricus ec. . . perrexit ann. 1415 ad concilium, ubi concinnas habuit orationes“ Gallia christiana, III, col. 1035. **373.**

Sermo *Joannis de Templo*, factus in generali concilio, in die assumptionis b. Mariae dei genitricis. (L. IV, 20, f. 231.)

Inc.: „Positus est tronus matri regis que sedit in dextera eius: scripta sunt . .“

Joannes de Templis de Francia, magister in artibus et medicina, concilio adfuit, ex parte universitatis parisienis. **374.**

Sermo Constantiae, tempore generalis concilii, factus per fratrem Alexium ord. minorum, episcopum placentinum, in festo annuntiationis. (L. IV, 20, f. 267—275.)

Inc.; „Ave Maria gratia plena . . Licet primo et in evangelio hodierno, metuendissimi domini. . .“

Frater Alexius de Siregno, mediolanensis, episcopus Placentiae, annis 1412—1447. **375.**

Sermo de omnibus sanctis. (L. IV, 20, f. 77—86.)

Inc.: „Sufficiat nobis quia omnis multitudo sanctorum est et cum ipsis dominus. Num. XVII (XVI, 3). Philosophus primo ethicorum dicit. . .“ **376.**

Sermo de s. Thoma de Aquino. (L. IV, 20, f. 71—77.)
Inc.: „Ecce plus quam Salomon hic. Matt. 11 et in evangelio hodierne diei. Ratio docet quoniam aliquis alteri laudabiliter adequatur. . .“ **377.**

Sermo de eodem, ibi dictus. (L. IV, 20, f. 63—71.)
Inc.: „Vir Dei es tu et verbum domini verum est in ore tuo Ps. XII. Sapiens eccl. XIX dicit quod ex vita sua cognoscitur vir. . .“ **378.**

Sermo de eodem, factus Constanciae per Phlilippum de Medalia, sacre theologie doctorem. (L. IV, 20, f. 292—296.)
Inc.: „Profunda fluviorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem, verba sunt profundissimorum et abditissimorum sapiente increate. . .“ **379.**

Sermo de sancto Augustino (L. IV, 20, f. 227—229.)
Inc.: „Beatissimi presules et doctores eximii. Sacratissimi Augustini votiva solempnia nobis cupientibus. . .“ **380.**

Sermo *de reformatione ecclesiae.* (L. IV, 20, f. 123—128.)
Inc.: „Vade in domum tuam. Hec verba recitata sunt in evangelio hodierno quod scribitur Matth. VIII, que verba dicebat Christus ad paralyticum.“ **381.**

Sermo *de ecclesiasticis reformandis.* (L. IV, 20, f. 283—287.)
Inc.: „Post hec ergo consideranda nobis est ministorum ecclesiasticorum instructio, per quam datur eis sagacitas et prudentia. **382.**

Sermo *de pace.* (L. IV, 20, f. 287—292.)
Inc: „Pax vobis. Joann. XXII° c. et in sermone evangelico dominice iam instantis. Honorandissimi patres et domini prestantissimi.“
Auctor oxoniensis sub fine primae partis: „Pro quibus omnibus

si placeat, iuxta laudabilem morem alme universitatis oxoniensis mee et totius ecclesie anglicane, premittimus mente pia orationem dominicam cum salutatione angelica. . ." **383.**

Collacio facta in die cene contra Bavarum. (L. IV, 20, f. 95—98.)

Inc.: „Atrium quod est foris eiice foras. Apoc. XI. Remigius, super Apoc. n. IIII° pertractans ista verba dicit." V. num. 270. **384.**

1418—1427. **Dissidia inter Sigismundum Romanor. regem, Venetos et Ludovicum de Teck, patr. aquil. in Foroiulii. Pax composita.** (385—400.)

1418. 22 augusti. Foedere pacto in concilio constantiensi inter Sigismundum et Venetos, occasione creationis Martini V papae, cui foederi ecclesia quoque aquil. accessit, gentes armigerae per Venetos Foroiulii devastando praemittuntur. Eapropter Ludovicus de Teck, patriarcha aquil., pro libertate ecclesiae fulcienda et conservanda, statuit *litteris patentibus ambasiatores* ad Venetos mittere, gentes armigeras instruere, victualia coemere, unde nomine mutui recipit ducentas marchas aquileienses solidorum a Gregorio Archoloneani utinensi, Nicolao Buldana fideiussore. Item prostant venalia bona Tristani de Saborniano, rebellis sacri romani imperii et eccl. aquil. (L. XIV, 101, n. 145.)

Inc.: „Per hanc presentiam exquisitissimarum ac consultissima deliberatione tractatarum litterarum nostrarum paginam notum facimus qualiter . . Datum Utini, in patriarch. palatio, 24 aug. 1418." Docum. auth. **385.**

1419. 24 iulii. Ludovicus de Teck, nuntiat concilio sancti Danielis hostes (venetos), ultra Tulmetium per viam Quadruvii ivisse: iubet mittant suas gentes Pratam, de cuius obsidione est anceps. (L. XIV, 102, n. 312.)

Inc: „Litteris vestris receptis et sane intellectis, vobis scire damus quod campus inimicorum . . Utini, 24 iulii, 1419.“ Doc. auth.

Ludovicus de Teck electus patr. die 6 iulii, 1412, sedem accedit 27 aprilis, 1418, moritur 19 aug. 1434. **385.**

1419. 5 augusti. Idem refert consilio sancti Danielis hostes obsidere Sacilum, cui destruendo septem bombardas adduxerunt; eapropter mittant in auxilium armigeros, quos gastaldio Aviani instruat de ingressu in Sacilum. (L. XIV, 102, n. 319.)

Inc.: „Noveritis nobis fore intimatum qualiter exercitus inimicorum (venetorum) se locavit in obsidionem terre nostre Sacili . . Utini, 5 aug., 1419.“ Docum. authent.

Die 13 augusti captum Sacilum a Philippo Arcelli et Tristano de Saborniano, pro Venetis. **386.**

22 septembris. Brunorus de la Scala imper. vicarius generalis *Verone ac Venetie*, Utini consilio respondet regem Romanorum missurum exercitum, duce fratre Fregnano, ad Forumiulii defendendum. (L. XIV, 102, n. 311.)

Inc.: „Recepi litteras vestras per quas cum oppressi nimis essetis ab hostibus me requirebatis in effectu . . Bude, 22 sept. 1419.“ Docum. auth. **387.**

m. octobris. Sigismundus nuntiat Ludovico deputasse Dionysium de Marchali regni sui Sclavoniae banum cum valido exercitu ad conterendam proterviam civium *Czwitud* (Civitatis Austriae), *qui maligno ducti consilio nostris notoriis infidelibus et rebellibus adhaeserunt.* (L. XIV, 102, n. 342.)

Inc.: „Ex continenciis litterarum vestrarum nobis hodie exhibitarum accepimus displicenter quod cives et hospites . . Waradini, octobri, 1419.“ Docum. authent. **388.**

1419. 8 novembris.

Joannes Lapensmaul capitaneus Belgradi (in Foroiulii) decem deputatis ad regimen, consilio et communitati Utini refert locumtenentes patriarchae ei scripsisse quod Henricus dux frater Almanorum Utinum erat accessurus; comites Philippum et Carolum cum eo non esse; Utinenses, si Henricum benevole excipiant, sibi valde profuturos. (L. XIV, 102, n. 371.)

Inc.: „Intimo amicitiis vestris quomodo locumtenentes rever. dom. patriarche altera die mihi scripserunt quod . . In castro Belgradi, 8 nov. 1419.“ **389.**

1420. 1 maii.

Pangracius purgravius de Lunz et Joannes Raichmerus capitaneus Goritiae invitant ex parte Henrici et Joannis Maynardi comitt. Goriciae, decem deputatos, consilium et communitatem Utini, ut dent salvumconductum Paulo de castro Porpeti, cum sex civibus, ad viginti dies valiturum, ad eundum Cormons et pecuniam recipiendam pro solvenda talea armigeri in castro Porpeti. (L. XIV, 102, n. 350.)

Inc.: „Significamus quendam Georgium del Brich de Cormons esse captivum cuiusdam armigeri in castro Porpeti . . Goritiae, 1 maii, 1420.“

Autographum. **390.**

14 iunii.

Fridericus de Westerstein, locumtenens imperialis refert consilio et communi sancti Danielis, se subsidia ab eis expectare; patriarcham *cum sufficienti succursu* ad patriam liberandam venturum; a fide data minime deficiant memores vindictae quam Utinenses experti sunt. (L. XIV, 102, n. 378.)

Inc.: „Secundum relationem unius nuncii vestri nomine Joannis, ego procuravi nobilibus viris de aliquibus sociis . . Venzoni, 14 iunii, 1420.“

Autographum. **391.**

1420. 20 iunii.

Idem nunciat capitaneo et consilio sancti Danielis, Venzonum applicuisse familiarem patriarchae aquil. ac retulisse quod Nicolaus

de Prata et Christophorus de Valentinis erant *in via veniendi ad succurrendum cum bona quantitate gentium*, quibus cum magno exercitu sociabitur patriarcha. (L. XIV, 102, n. 273.)

Inc.: „Applicuit hic unus familiaris rever. dom nostri patriarche, et narravit mihi sub littera credencialis . . Venzoni, 20 iunii, 1420.“ **392.**

1425. 14 aprilis. Senatus venetus admittit propositionem Francisci Carmagnolae, videlicet quod se interponat de pace cum Sigismundo ineunda, nomine ducis Sabaudiae. Venetiis, 14 aprilis, 1425. (L. XIV, 38, f. 36.) **393.**

3 maii. Pars capta in senatu Veneto de responso reddendo Galliae legato qui se pacis cum Sigismundo Rom. rege sequestrum offerebat. Venetiis, 3 maii, 1425. (L. XIV, 38, f. 38.) **394.**

1425. 22 maii. Senatus venetus legatis Alexandri (ducis masoviensis) episcopi tridentini, super dissidiis investiturarum aliquot castrorum Venetiis, 22 maii, 1425. (L. XIV, 38, f. 38.) **395.**

3 septembris. Franciscus Foscari, dux Venetiarum, senatu decernente, concedit salvumconductum *ambasiatoribus* Romanorum et Hungariae regi per sex menses, instante abate s. Antonii veronensis, oratore gallo apud Sigismundum, ut possint ad pontificem pergere. Venetiis, 3 sept. 1425. (L. XIV, 38, f. 49.) **396.**

1426. 18 septembris. Benedicto Molino Segnae commoranti potestas a republica veneta facta, instet apud comitem Segnae quatenus ad aulam roman. regis accessurus, pro pace cum Venetis ineunda agat. Venetiis, 18 sept. 1426. (L. XIV, 38, f. 65.) **397.**

11 octobris. Pars capta in senatu Veneto de Friderico Contareno ad Sabaudiae ducem oratore mittendo, ad pacem cum legato Sigismundi tractandam. Venet. 11 oct. 1426. (L. XIV, 38, f. 66.) **398.**

1426. 13 octobris. Pars item capta de Galliae legato monendo, pacis negotiorum sequestrum futurum Fridericum Contarenum. Venetiis, 13 oct. 1426. (L. XIV, 38, f. 67.) **399.**

18 octobris. Pars capta in senatu de epistola episcopo tridentino danda, qua eius subditis in veneta republica degentibus eadem iura ac propriis vindicantur. Venetiis, 18 octobris, 1426. **400.**

24 octobris. Pars capta de salvoconductu legatis mediolanensibus concedendo, qui Vindobonam ad pacem tractandam iverunt. Venetiis, 24 octobris, 1426. **401.**

26 octobris. Senatus venetus Joanni Pisani ad episcopum tridentinum legato quaedam committit de investituris castrorum *Rovoredo, Tognale et valle Leudri*, recens a Venetis receptorum; item de restituendo Venetis nato Petri Avogadro brixiensis, captivo. Venetiis, 26 octobris, 1426. (L. XIV, 38, f. 67.) **402.**

1427. 24 ianuarii. Pars capta de Friderico Contareno ad Sabaudiae ducem legato revocando, postquam legatione ad Sigismundum regem functus induciarum capitula cum eo inierat. Venetiis, 24 ianuarii, 1427. (L. XIV, 41, f. 166.) **403.**

Concilium Basileense (404—426.)

1431—1439. Concilium Basileense. (Zan. L. 166—167.)

Duplex codex chartaceus Bessarioneus, quem nescio utrum aetas, an ditissima actorum collectio aut castigata lectio magis commendet. Cum consilium constantiense et basileense cohaereant, quaedam ex eo huc allata sunt et alia ex senensi. Sessio-

num, quae volumine primo ex integro comprehenduntur, ordo respondet ei quem habet in editione veneta ('Concill. a Labbé' XVII, col 217—435) Coletus, nisi quod in codice sessiones viginti sex numerantur, in libro impresso quadragintaquinque. Articuli, bullae, epistolae, mandata, sententiae, allegationes, orationes quae omnia ad modum appendicis seorsim dedit Coletus, interseruntur sessionibus in parte priori manuscripta, copia tamen longe uberiori. Alterius partis sub fine historiam concilii breviter attigit amanuensis coaevus, sic praeludens: „Et ego Henricus Suywint de Heynsberch . . notarius . . et sic finit Deo gratias "

„In hoc volumine continentur gesta concilii basileensis incepti ex decreto senensis concilii, sub felicis recordationis domino Martino papa V celebrato a. d. MCCCCXXIV, in quo apostolice camere clericus et secretarius prefati domini Martini interfui; et in decreto de Basilee celebrando dictum concilium testis scriptus sum similiter, et ex decreto eiusdem domini Martini et postea felicis recordationis Eugenii pape III successoris sui per bone memorie dominum Julianum de Cesarinis de urbe, s. Romane ecclesiae s. Angeli diaconum cardinalem, ad celebrationem huius concilii specialiter deputatum. Gesta vero ipsa non ita ordinata hic scribuntur quemadmodum aliorum conciliorum scribi solent, quod a principio usque ad finem de ipsius concilii celebratione magna concertatio et contentio inter prefatum dominum Eugenium et existentes in ipso concilio fuit, ut ex ipsis gestis patet evidenter. Quamobrem plurima in eo sine debito ordine facta et scripta sunt, tum propter temporis diuturnitatem quo pertractatum concilium fuit memoratum, tum et propter varias contentiones et difficultates, ipsiusque translationem primo ad civitatem bononiensem, secundo ad civitatem ferrariensem et demum florentinam per prefatum dominum Eugenium in discordia factam. Inde sequutum est ut tanquam navis sine gubernatione hinc inde fluctibus illisa congregatio illa agitaretur, in duas namque partes ultimo divisa est, et quod pars una decernebat altera revocabat. Sic aliquando nec vere sinodi nomen neque effectum habere

meruit" Praeterea volumen continet a. decreta, epistolas et responsa, declarationes, requisitiones, instructiones, consilia, monitoria (fol, 1—88); b. tractatus Antonii de Canano, Joannis de Ragusio, Aegidii Calerii, Henrici Kalteisen, Joannis de Polemar (f. 88—316), partim editos a Canisio, 'Antiquae lectionis'; Coleto, 'Concill. a Labbé' XVII ac tomo I 'Scriptorum Consilii Basil.' (Vindobonae, 1857, f.); c. Diarium concilii, pluraque eiusdem acta turbate collecta. (f. 318—414.) **404.**

1431—1439. Decreta sacri basil. concilii (L. IV, 74, f. 278—469).

Quae foliis 278—435 continentur spectant sessiones a prima usque trigesimam sextam, compendiosius tamen quam in 'Collect. a Labbé', XVII, col. 217—394, omisso tractatu promissiori. Sessiones excipiunt 1. decretum de kalendario reformando; 2. cautelae (quas collector 'Italorum fraudes' appellat) pro papa Eugenio super dissolutione concilii; 3 invectiva papae Eugenii contra concilium; 4. responsio concilii ad invectivam; 5. de auctoritate sacrorum conciliorum et de periculo non servantium quae passim in appendice ad concilium edita. **405.**

1431—1434. Quaedam de concilio bas. in sessionibus variis, annis 1431—1437 acta, nullo ordine, fere omnia edita. (L. IV, 5, f. 9—85.) **406.**

1431—1434. Acta in causa appellationis a supposita privatione cardinalatus, aliisque gravaminibus in personam felicis recordationis ill. Dominici cardinalis Capranicae, ab eodem interposita ad concilium, et concordia inter dictum cardinalem ex una et sanctae memoriae Eugenium papam quartum ex altera. (L. XIV, 79, p. 67—145.)

Tria comprehenduntur: a. *Instrumentum appellationis interpositum per felic. recordat. illustr. cardinalem Domin. Capranicam ad conc. de et super dictis gravaminibus anno 1431.* — b. *Monitorium conc. ad instanciam fel. record. ill. card. Capranica. in causa praefatae appellationis. anno 1432.* — c. *In-*

strumentum concordiae intra fel. ec. Capranicam ex una et sacr. mem. Eugenium papam IV (?) ex alia, anno 1434. **407.**

1431. 22 octobris. Litterae concilii commendatitiae pro Jacobo Donato, ad illud accedenti. (L. XIV, 72, f. 23)

Inc.: „Cum dilectus nobis in Christo Jacobus nobilis venetus ad sacrosanctum bas. conc. habeat accedere. . .“

Eas dedit Julianus sancti Angeli diaconus cardin. apostolicae sedis in Germania legatus, die 22 octobris, ann. 1431. **408.**

1433. Responsiones datae per d. L. (dominum Ludovicum Pontanum) de Roma super cedula cardin. S. Angeli ad iustificandam citationem concilii. (L. IV, 90, f. 2—23; 93, f. 36—50.)

Inc.: „Presens citatio qua per sacrum bas. conc. interpellatur sanctiss domin. n. Papa, primo fortificatur ex assistentia . .“

Sessione decima secunda (23 iulii, 1433) decretum citationis contra Eugenium pontificem datum; decimatertia vero (sept. 1433) accusatio contumaciae facta.

Julianus Caesarinus cardin. ab Eugenio pontif. ad praesulum coetus cogendos Basileam missus est brevi 22 maii, 1431; die autem 12 novembris eius anni iussus, concilium dissolvere et alterum Bononiam convocare. **409.**

1433. 10 octobris. *Gregorii Corrarii* veneti, protonotarii apostolici oratio ad Sigismundum imp. pro concilio basileensi (L. XI, 3, f. 43—53; XIV, 246, f. 258—270.)

Inc.: „Credo equidem, Sigismunde, in tanta tua gloria et pulcherrimarum rerum quas gessisti memoria . .“ finit: „nihilque in terris, Deo excepto, sine quo ecclesia esse non potest, venerabilius putes ecclesia sacrosancta. . . Basileae, VI idus (10) octobris, 1433.“

Edidit Coletus in ‘Concill. a Labbé’, XVII, col. 1308—1320.

Acta oratio cum Sigismundus Roma redux Basileam adiit: „Huc demum expectatus venisti, accepto imperii diademate.“ **410.**

1433.
13 octobris.

Fratris *Joannis Francisci* oratio dicta die 13 octobris, anni 1433, qua causae concilii indicendi excutiuntur. (L. XIV, 188, f. 9—10.)

Inc.: „Hoc unum, reverendissimi ec. celebri frequentiae ac religioni . ." **411.**

1433—1435.

Descriptio itineris legatorum venetorum ad concilium annis 1433—1435, unaque eius concilii diarium ab *Andrea Gataro,* patavino, legationis socio. (L. XIV, 188, f. 1—66.)

Inc.: „Niuna cossa a me par degna di più laude quanto sia il ricordar degli atti vetustissimi"; narratio vero: „Dico correndo gli anni del 1433 di ultimo di septembre mi retrovai uella florentissima città di Basilea con gli venerandi ambassadori della illustre siguoria de Venesia. . ."

Legati Andreas Donatus et Joannes Franciscus de Capitelistae solemniori pompa iter ingressi a Patavio die ultima septembris anni 1433, per Curtarodulum, Bassanum, Vallem Euganeam (Valsugana), Tridentum, Salurnum, Maranum, Schmalz, Velcuriam (Feldkirk) contendunt. Exinde navi caesarea vecti lacu brigantino et Rheno fluvio Probatopolim (Schaffhausen) veniunt. Naves ingenio quodam mirabili Rheni saltu emenso, die duodecima octobris Basileam appellunt. Auctor ubi aedificia et ecclesias (inter quarum sacra lipsana plus ducenta capita virginum ex undecim millibus coloniensibus numerat), festa, hastiludia descripsit, acta singulatim in concilio usque ad extremum octobris anni 1435 enarrat. **412.**

1434.
1 ianuarii.

Quod concilium sit papa superius. Probatum eodem per Joannem patriarcham antiochenum anno 1434, sub festo epiphaniae Domini. (L. IV, 91, f. 53—69; 92, f. 159—170.)

Inc.: „Considerandum quod concilium generale legitime congregatum in spiritu sancto sit major papa, et eo quod universal. ecclesiam . ."

Partes tractatus, quem integrum habet 'Labbé' XVII, col. 706—726. **413.**

1434. 6 aprilis. Sigismundus imp. doctorem Joannem Franciscum de Capitibuslistae, quod cum Andrea milite, legatus venetus ad concilium, pro concordia huius cum pontifice stabilienda, operatus sit, sacri palatii comitem cum haeredibus renuntiat cum solitis privilegiis nothos legitimandi et notarios creandi . . Basileae, 6 aprilis, 1434. (L. XIV, 286, f. 209—211.)

V. num. 399. **414.**

26 decembris. *Ambrosii Traversarii* generalis ordinis camaldulensis oratio pro Eugenio IV pontifice habita Albae ad Sigismundum imp. VII kal. ianuarii (26 dec.), 1434, in frequentiori principum, praelatorum ac legatorum conventu. (L. IV, 90, f. 105—110; XI, 80, f. 295—297; 92, f. 1285—1287; XIV, 12, f. 105—107.)

Inc.: „Si quem forte movet ex hoc celeberrimo summorum virorum et sublimium principum ornatissimoque conventu . ."

Orator collaudato Sigismundo historiam concilii ab initio repetens, de eius translatione Bononiam, de translationis pontificia retractione, deque huius decreti suspensione aut annatarum provisione disserit Edita inter 'Ambrosii Traversarii opera'. Florentiae, 1759, tom. I, col. 1151—1158. **415.**

1435. 26 augusti. Eiusdem missi ab Eugenio IV oratio Basileae habita VII cal. septembris (26 aug.), anno 1435. (L. IV, 90, f. 100—105; XI, 80, f. 291—294; 92, f. 1282—1284; XIV, 12, f. 103—105.)

Inc.: „Non vereor, patres religiosiss. . . qui sacrum hoc generale concilium vestra illustratis presentia, ne qui nunc primum . ."

Auctor exemplis ab historia ecclesiastica sumptis demonstrat pro felici concilii successu caritati et paci studendum. Orationem, quam Trithemius *solemnem*, *doctam*, *prolixamque satis* appellat, leges in 'Ambr. Travers. Operum', tom. I, col. 1143—1152, ut in 'Concill. a Labbé', Venet., col. 1335—1342. **416.**

1436. 18 octobris.

Aeneae Sylvii Piccolominei episcopi senensis oratio super electione loci pro futuro concilio ad reducendos Graecos, habita Basileae in congregatione generali XV cal. novembris (18 octobris), 1436. (L. XI, 77, f. 27—64.)

Inc: „Magne sepe res atque ardue, patres reverend. in hoc sacro concilio versate, terminateque sunt . . .“ finit: „quem non Apollinis oraculum, sed sacre littere indicant sapientem.“

Edita a Mansio in *Supplemento ad concilia eccles.*, ac cum caeteris Picolominaei *orationibus* (Lucae, 1755, tom. I, p. 5), utrobique vero sine auctoris praefatione. **417.**

1437—1439.

Index epistolarum et bullarum Eugenii papae IV, pro concilio et contra, manu Leonis Allatii. (L. XIV, 52, f. 138.)

Sunt numero viginti a 3 id. febr. 1431 ad 10 cal. dec. 1439. **418.**

1438. 8 ianuarii.

Responsio data in concilio per dominum L. *(Ludovicum Pontanum)* de Roma ambaxiatoribus electorum sacri imperii, a. d. 1438, indict. prima, die VIII ianuarii. (Lat. III, 40, f. 106—112; IV, 90, f. 24—37; 93, f. 50—60.)

Inc.: „Venerabiles patres . . Oratio vestra in medio nostri sacri cetus proposita tres habet effectuales particulas. . .“

Electorum legati ex responsi testimonio tria proposuerant: 1. *mansuetudinem servandam;* 2. *offensarum ac iniuriarum per romanum pontific. huic sancte synodo illatarum oblivionem in nobis inducendam;* 3. *supersedendum a processibus inchoatis;* 4. *querenda fore pacis media propter periculum scandalosi schismatis evitandi.* L. de Roma, argumentis ex scriptura sacra, patribus et maxime Gratiano allatis, respondet 1. mansuetudini ex integro consultum, non quae pusillum animum prodat; 2. neutiquam indulgendum pontificis vitiis, ut quae coetui non privato homini noxia; nullum veniae, correctioni vero esse locum; 3, 4. mala ex bini in pontificem processus suspensione quamplura nascitura.

Aenaeas Sylvius de Piccolominibus in opere 'De rebus Basileae gestis stante vel dissoluto Concilio' (Firmi, 1803, 4°.) de legatione tacet, narrationi hocce interserens (p. 168): „Sigismundus pluries scripsit Basileae ne Eugenius deponeretur; et alibi (p. 93): „Germani ubi contrarios processus vident, conventu apud Moguntiam habito, auctore Joanne Lisura viro docto et admodum perspicaci, ac Ludovico Astensi gravis iudicii patre, protestati sunt se in rebus tam dubiis tamque contrariis maturam deliberationem habere velle, interim suspenso animo se perseveraturos, jubentes subditis ne cuiusque partium contrarios processus admitterent, que res postea nomen neutralitatis accepit." **419.**

Tertia propositio Ludovici Pontani coram duce Sabaudiae et inclytis universitatibus coloniensi et lovaniensi, ubi profundissime demonstrat auctoritatem conciliorum generalium supra papam. (L. IV, 92, p. 185—219; 93, f. 80—96.)

Inc.: „Dixerit forte quisquam: Romani pontificis auctoritas superior est potestate ecclesie representate, per synodum generalem . ." **420.**

Sermo primus compositus per D. L. (Ludovicum Pontanum) de urbe ad ill. princ. d. d. ducem Sabaudiae, demum in effectu etiam ad inclytas universitates coloniensem et lovaniensem, in quo primo ostendit quomodo non possit solus papa generalia concilia dissolvere, quanquam ad eum, non stante congregato concilio, pertineat generalium conciliorum convocatio; secundo quomodo, quamvis apud papam remaneant Graeci. tamen propter hoc non debet vacillare firmitas basileensis concilii; tertio hortatur eundem ad eidem plenam adhaesionem praestandam. (L. IV, 90, f. 39—55; 93, f. 60—73.)

Inc.: „Illustr. et religios. princeps. Sancta et universalis ecclesia, auctore domino, per sanctam basileensem synodum representata . ." **421.**

Sermo secundus compositus per eundem in quo ostendit quomodo non peccat sancta synodus (basileensis) in refutando pacem quam sibi offert domin. Eugenius papa, eius pacis qualitate considerata. (L. IV, 93, f. 73—80.)

Inc.: „In nomine . . Cognovit, religiosiss. princeps, sancta generalis basileensis synodus ferventem affectum tuum. . .“ **422.**

1439. 21 maii. Concilium Antonio Erasmo et Conrado Luger, armigeris dioeces. aquil. commendat ut bona patriarchatus aquil. a Venetis detenta patriarchae restitui curent. (L. XIV, 71, n. 47.)

Inc.: „Cum dudum venerabilis Ludovicus patriarcha aquil. oppidis, castris, terris, villis aliisque locis et dominiis, iuribus . . Basilee, 12 kal. iunii (21 maii), 1439.“ **423.**

9 septembris. Concilium antianorum Januae sacrosancto concilio bas. (L. XI, 100, f. 126—127.)

Inc.: „Scimus, rever. patres et domini, prestantiam vestram non expectare ut pro iis que recte gerit laus humana. . .“ Janue, 9 sept. 1439.“

Januensis grates agunt quod concilium nullis accedentibus precibus et summa difficultate contenderit pro liberatione civium suorum Baptistae de Flisco et Amfironi Spinulae. **424.**

1431—1437. **Sigismundus rex et imperator. Res Italiae (425—441).**

1431. 6 martii. Florentini grates agunt Sigismundo de legatione missa; se excusant conquerenti quod ipsi legatos haud miserint de pace cum duce Mediolani tractanda, pro Venetis cum eo reconciliandis. (L. XI, 80, f. 319—320.)

Inc.: „Quanquam non dubitamus vestre serenitatis oratores qui his proximis diebus nos adierunt . . Florentie, 6 martii, 1431.“ **425.**

1432. iunio — iulio. Eorundem et Sigismundi epistolae mutuae quatuor, anno 1432. (L. XI, 80, f. 320—323.)

1. Florent. „Quanquam in litteris vestre maiestatis nonnulla . . 21 iunii."

2. Sigism. „Per ea que nostris novissimis apicibus respondentes . Luce, 29 iunii."

3 Florent. „Ecce rursus alias vestre sublimitatis litteras suscepimus . . 3 iulii."

4. Sigismund. „Tenuit hactenus indubitanter nostra fiducia quod vobis . . Luce, 16 iulii."

Sigismundus urget pacem ineant Florentini cum duce mediolanensi, Januensibus, Senensibus, Lucensibus: nullo se modo id consequi posse Florentini respondent. **426.**

1433. Matthaei dom. Petri de Perusio oratio coram Sigismundo imp., quum Romam pro coronatione profectus est. (L. XI, 100, f. 72—73.)

Inc.: „Cesar, qui coram te audent dicere magnificentiam tuam ignorant qui timent humanitatem . .", finit: „Tu fulminibus frange trisulcis ad omnipotentis Dei honorem et reverentiam et sacros sancte romane ecclesie beatissimi domini nostri gloriam et triumphum et serenitatis vestre honorem pariter et perseverantiam."

Auctor laude perpetua quae Sigismundus ad pacis et christianae reipublicae emolumentum egerit, per amplificationes rethoricas extollit. **427.**

Oratio magnificae dom. Baptistae de Malatestis ad imp. Sigismundum. (L. XI, 80, f. 237—238.)

Inc.: „Non solum tacita diu, christianissime cesar, sed prope attonita hoc ipso serenitatis tue congressu mansissem."

Edidit Mitarellius in 'Biblioth. codd. mss. s. Michaelis prope Murianum', Venet. 1779, col. 701—702.

Notum puto Baptistam ex Montisfeltri comitibus uxorem Galeatio Malatestae una cum viro a rebellibus pisaurensibu

urbe eiectam anno 1431. Ea, perbrevi familiae suae fatis singulatim enarratis, caesaris opem implorat. **428.**

Oratio cuiusdam pueri ad Sigismundum imp. (L. XI, 80, f. 236—237.)

Inc.: „Quum enim, invictissime Romauorum cesar, ii qui clarissimi oratores fore putantur."

Ex contextu liquet oratorem esse gentis malatestianae, cum laudibus praemissis cesari commendet enixe *humanissimum illustremque comitem Dominicum nostrum obsequentissimum tibi ac clarissimam mulierem dominam Baptistam de Malatestis indigne de Pisaura civitate expulsam, suosque omnes ceteros.* **429.**

Leonardi Aretini ad imperatorem oratio. (L. XI, 108, f. 259—260.)

Inc.: „Si laudes tuas, gloriosiss. princeps. in hoc brevi collationis spatio commemorare aggredior . ."

Meritorum cumulo caeteris praestare Sigismundum auctor demonstrat. **430.**

1433.
4 iunii

Poggii Florentini epistola Nicolao suo de adventu imp. Sigismundi Romam, et de eius coronatione ac ceremoniis secutis (die 31 maii, 1433.). (L. XI, 100, f. 69—71.)

Inc.: „Quamvis sciam, mi Nicolae, non admodum probari tibi hec nostri temporis facta referenti . .", finit: „Vale, mi Nicolae, et si longior fui ne mireris, otiosus enim sum et tecum loquor libentissime. Tu vero responde cum libet. Rome, pridie nonas (4) iunii, 1433."

Licet orationem ex codice ms. Lucchesinii senatoris lucensis Joannes Dominicus Mansius tom. III *Miscellaneorum* Stephani Baluzii ediderit p. 183—185; non incongruum censui hic loci adnotare, quod codex noster auctori sit coaevus, anno enim 1454 librum possederat Benedictus de Ovetariis vicetinus, regis Cipri a secretis. **431.**

1433. 4 iunii. Pactum induciarum quinquennaliam a Sigismundo imp. cum dominio veneto per legatum Andream Donatum initum, quo includuntur marchiones estensis, monsferratensis et mantuanus, ac dominus Ravennae. Romae, 4 iunii, 1433. (J. VII, 1180, f. 33—34.)

Eodem anno Donatus orator pro Venetis sedit in concilio basileensi. **432.**

8 iuniii. Fantinus Viaro Foriiulii locumtenens consilio S. Danielis nuntiat pacem inter imperat. Roman. et dominium venetum compositam. (L. XIV, 102, n. 321.)

Inc.: „Ad consolationem vestram et gaudium vobis cum letitia denotamus . . Utini, 8 iunii, 1433.“ **433.**

mense septembris. Carmen elegiacum de Sigismundi imp. Ravennam adventu. (L. XIV, 286, p. 268.)

Inc.: „Sic opus oranti precor . .“ (sub initio septembris). **434.**

9—17 septembris. *Francisci Barbari* oratio ad Sigismundum caesarem augustum pro republica Venetorum, exhortatioque ad benemerendum de ecclesia Dei, acta Ferrariae in publica concione (9 — 17 sept.), anno 1433. (L. XIII, 71, p. 60—63.)

Inc.: „Maximam leticiam cepit universa respublica nostra, glorios. princeps. . .“, finit; „ut liberes popolum suum de manibus inimicorum eius.“

Caesaris a coronatione Romae revertentis virtutes singulatim auctor oratione persequitur. **435.**

1434. 5 februarii. Exemplum diplomatis quo Sigismundus imp. comitem palatinum Andream Donatum renuntiat. (J. VII, 1643, f. 4—6.)

Inc.: „Etsi de plenitudine imperialis largitatis, de nostraque liberalitate et munificentia multos nos deceat amplecti. . . Basilee, 5 febr., 1434.

Cum Andreae Donati oratoris opera (sic ex diplomate) im-

pedimenta coronationis Sigismundi essent sublata, caesar eundum Romae militem et consiliarium et familiarem suum fecit, aureis sexcentis annuis assignatis. Dissidiis inter concilium basileense et pontificem declinandis eodem anno (1433) Sigismundus Basileam petit, Donato comite, eumque citato cursu paulo post Romam mittit, pontifici decreta concilii delaturum. Eapropter anno insequenti (1434) Donatum ac eius familiam, filiosque legitimos comites palatinos eligit, privilegiis concessis a. nothos legitimandi, b. creandi tabelliones et iudices ordinarios, c. infames ad famam restituendi, d. duodecim doctores constituendi, e. creandi quatuor milites et octo scutiferos, quibus extremis *divisam nostram, serpentem videlicet cum cruce et litteris insculptis: O quam misericors ec. dare possis.* Insuper universae eius familiae libertatibus, immunitatibus ec. omnibus assertis, indulget ut *armis propriis leonem aureum rampantem cum corona, et aquilam bicipitem in campo aureo* addant, nec non Andreas et successores *presentet azzam vel speltam seu clavam varnitam pretii ducatorum triginta*, quoties caesar Venetias accedet, et gerat tanquam comes imperialis usquequo Venetiis morabitur.

Scutum reformatum cum leone et aquila a fronte diplomatis depictum. **436.**

Constantiae de Varaneo oratio ad imp. Sigismundum *ut fidelissimum servum tuum Rodulfum Varaneum, unicum fratrem meum in avorum proavorumque nostrorum antiquam et propriam Camerini dominationem restituas.* (L. XIV, 7, f. 28—29.)

Inc.: „Etsi verear, seren princeps, ac summopere pertimescam dignissimam maiestatem tuam . .“ **437.**

Petri Thomasii, veneti physici consilium (medicum) de itinere, pro Andrea Donato et Hieronymo Contareno, oratoribus delegatis ad imp. Sigismundum in Pannoniam. (L. XIV, 265, f. 203—208.)

Inc.: „Quoniam magne mutationes ab omnibus sapientibus semper habite sunt suspecte, nisi debite regulentur . .“ 1434.

Dissertatiunculam tres partes excipiunt: a. *De regimine*

itineris ad loca frigida, tempore frigido; b. *de regimine sanitatis*; c. *de succincto regimine a peste preservativo.* **438.**

1435. 7 iunii. Sigismundus imp. doctorem Joannem Franciscum de Capitibuslistae comitem palatinum et suum consiliariam donat privilegio, quacumque in urbe imperii ipse velit, omnibus civitatis iuribus ex integro frui. Tirnaviae, 7 iunii, 1435. V. num. (405) 6 apr. 1434. **439.**

1436. 20 octobris. Sigismundus imp. Francisco Foscari Venetiarum duci indicat se libenter accepisse quae Veneti de rebus Italiae et auxilio pontifici ferendo communicaverant. (L. XI, 81, f. 53—54.)

Inc.: „Litteras tuas Venetiis datas III octobris, decima septima huius mensis recepimus . . Poçonii, 20 octobris.“ 1436. **440.**

1437. mense maio. Franciscus Barbarus Venetiis Casparem Slick caesaris familiarem, epistolis tribus mense maio anno 1437, instruit de rebus Italiae et de morbo quo a suscipienda ad caesarem legatione prohibitus est. (L. XIII, 71.) **441.**

1438. 15 ianuarii. Franciscus Foscari, dux Venetiarum promittit solvere spatio decem mensium decem millia ducatorum Jodocho Topler mercatori nurimbergensi, nomine Casparis Slick cancellarii imperialis, quod per Marquardum Breisacher eidem duci privilegia imperialia super investitione et concessione civitatum et locorum ec. quos Veneti possident, praesentaverit. (I. VII, 799.)

Inc.: „Quam spectabilis et egregius vir Marquardus Breisacher prothonotarius, concellarius imperialis . . In duc. palatio, 15 ian.“ 1438. **442.**

1442. 20 iunii. Julianus cardin. s. Sabinae, s. Angeli nuncupatus, Benedicto de Swoch et Elenae eius uxori ac Michaeli fratri indulget ut idoneum presbyterum sibi in confessorem eligant per quinquennium. (L. XIV, 101, n. 162.)

Inc.: „Ut animabus vestris salubrius consulatur, auctoritate nostre legationis vobis concedimus . . . Bude Wesprin. dioces. 20 iunii. 1442.“ **433.**

1444.
15 octobris.

Aeneae Sylvii Piccolominaei episcopi senensis, legati caesaris oratio habita in conventu francofurdiensi, die martis, quintadecima octobris, anno 1444. (L. XI, 77, f. 67—95.)

Inc.: „Constantinopolitana clades, rever. patres . . quoniam Turchorum grandis victoria, Graecorum extrema ruina, Latinorum summa infamia fuit . .“

Oratio de expeditione in Turcas paranda extat inter auctoris opera Basilaee edita et a Mansio collata. **434.**

1446.

Eugenius papa IV Fridericum III Roman. regem a *neutralitatis impietate* profitenda super factis concilii basileensis deterret; se missurum qui moderationem suaderent; concilium, si ita visum, se coacturum. (L. XI, 100, f. 98—102.)

Inc.: „Litteris quas ex Vienna 25ª. iunii ad nos scripsisti respondemus pacis et unionis ecclesie desiderium tuum.“ **435.**

1447.

Aeneae Sylvii Piccolominaei oratoris extraordinarii ad pontific. Nicol. V in causa Germaniae sedi apostolicae reconciliandae, oratio coram caesare habita. (L. IX, 30, f. 1—52.)

Inc.: „Cupere te, princeps sereniss., quae nostra in legatione sunt gesta referre tibi vel cernimus vel opinamur . .“

Piccolominaeus die 6 novembris anni 1446 a Friderico recedens, per Venetias, Faventiam, Florentiam, Senas, Romam contendit. Ei apud turrim Baccanum cum caeteris Germaniae principum legatis subsistenti, aulae pontificiae primores obviam occurrunt, eumque Romam honorifice ad hospitium, non longe a capitolio deducunt. Unus pro omnibus pontificem, cardinales, consistorium alloquitur, fuseque pertractat de Francofurdiae conclusis; concilii basileensis decretis, concilio convocando, annatis remittendis, collationibus beneficiorum amittendis. Solemniter

in consistorio obedientiam sedi apostolicae promittit nomine Friderici regis; archiepiscoporum moguntini, magdeburgensis, salzburgensis, bremensis; Friderici, Joannis ac Alberti marchionum brandeburgensium, Willelmi ducis Saxoniae, Jacobi marchionis badensis, Ludovici landgravii Hassiae; eapropter pontifex Eugenius IV, deposita neutralitate, nationem germanicam sedi apostolicae reconciliat. Duabus extremis orationis partibus in ea longiori sermone excurrit quae prooemio enarranda proposuerat. „Tertia dicet que post declarationem usque ad obitum Eugenii et successoris electionem contingerunt: quarta et ultima pars electionem novi pontificis coronationemque et expeditionem ac reditum nostrum ante oculos ponet." Legati aureis centum a Nicolao V novo pontifice donati „tertio calendis aprilis (1447) urbe recessimus, 12 calend. maii ad te reversi sumus." Sub fine legitur: „Aeneae . . oratio explicit, quam idem orator in gratiam Nicolai quinti compilavit eique misit. Aliam quoque huic similem regi sereniss. presentavit"

Oratio, quae in 'Pii II P. M. orationes politicae et eccles.' (Lucae, 1755—57) desideratur, ex codice 5304 bibliothecae colbertinae edita est per Baluzium in 'Miscell.' (Lucae, 1761, tom. I, p. 334—342), hoc titulo: *de morte Eugenii IV, creationeque et coronatione Nicolai V.* Edidit quoque Murator. Scriptt. rer. it. III, 2, 878—898. **446.**

1447—1453. Nicolaus papa V cum Jacobo I de Sirk trevirensi episcopo conqueritur quod facultatem a se datam monasteria ordinum mendicantium in sua dioecesi reformandi ita interpretatus sit ut fratres conventuales ordinis minorum in oppido Confluentiae ex conventu expulerit, eorum loco fratres de observantia posuerit: instat fratres expulsos revocet neve a ministri provincialis obedientia abducat. (Zan. L. 97.)

Inc.: „Querela nobis exposita est pro parte dilectorum filiorum provincialis ministri ac fratrum conventualium . . Datum Rome." **447.**

1452. Responsio Friderici roman. regis, data oratoribus Philippi ducis Burgundiae super passagio contra Turcas impetrando. (L. XI, 80, f. 308—309.)

Inc.: „Quamvis in hoc senatu regio complures sint doctrina et facundia precellentes viri qui me . ."

Philippi legatis postulantibus opem Christianis a Turcis oppressis respondet quidam, Friderici nomine, in publico principum conventu, eundem Romam, imperialis coronae suscipiendae gratia, iam proficiscentem, cum pontifice ea de re deliberaturum. **448.**

19 martii. *Jannotii Maneti* in fausta ac felici coronatione Friderici III imp, pontifice Nicolao V, Romae habita oratio ad utrumque gratulatoria. (L. XI, 108, f. 274—288.)

Inc.: „Si optata fierent, beatiss. pater ac sereniss. princeps, tantum facultatis et eloquentie nobis . ." 19 martii, 1452.

Agit orator Florentinorum de coronatione caesaris, et eius ac pontificis laudibus, locis plerumque ex classicis scriptoribus sumptis. Edidit ex mss. biblioth. palat. Freherus in 'Rerum germanicarum scriptt.', 1717, III, p. 9—19; eius partem Raynaldus in 'Annales ecclesiastici', Lucae, 1752, IX, p. 588—589. **449.**

22 martii. Exemplum italae epistolae qua anonymus refert de coronatione Friderici III, Romae habita. (J. VII, 470, p. 469—70.)

Inc.: „Siando l'imperador d'accordo con il papa che la sua santità lo dovesse coronar dela corona de ferro . ." Romae, 22 martii, 1452.

Fridericus Mediolanensibus iratus quod comitem Virtutis sibi ducem elegerint, auream coronam, non ferream Modoeciae asservatam, sibi Romae imponit; Mediolanenses oratores id aegre ferentes abnuunt illi ritui adesse. Die martii 16 anni 1452 pontifex, cardiualibus, praelatis ac plurium principum legatis praesentibus, ad aram maximam s. Petri, caesarem imperatrici matrimonio iungit. Die autem decimanona solemniori pompa Fridericus divi Petri aedibus accedens, ut ventum ad schalas maximas suggestum conscendit,

ibique in genua provolutus pontificis pedes osculatus est, iuramento ecclesiae iura tuendi edicto. Dein in ecclesiasticam imperiali veste mutata idem, cardinalium rosam manu gestantium coetu praeeunte, ad ingressum ecclesiae s. Petri canonicus renuntiatur. Ad altare s. Mauritii ductus sacro chrismate inungitur una cum imperatrice ab ecclesiae vicecancellario. Quibus peractis ad altare s. Petri pontifex imperii insignia et auream coronam offert utrisque, quos pariter altaris sacramento reficit. **450.**

Oratio ad ss. d. Nicolaum papam V, pro parte invictissimi domini Friderici Romanorum imperatoris, super *passagio* contra Turcas imponendo, facta per dominum *Aeneam*, episcopum senensem. (L. XI, 80, f. 309—312; XIV, 228, p. 188—201.)

Inc.: „Moyses vir Dei, beatissime . ., cum sibi successorem ordinaret Josue filium."

Tria discutit auctor in oratione post coronationem dicta; 1. quid sit *passagium* quod petitur, 2. cur petatur, 3. quid agendum ut fructuosum sit futurum. Pluries edita est. **451.**

1452. mense novembri. *Aeneae Sylvii de Piccolomineis* oratio habita Vindobonae adversus barones Hungariae (mense novembri), anno 1452, pro auctoritate romani pontificis. (L. IV, 91. f. 189—265; XIV, 1, f 42—95.)

Inc.: „Sentio, rever patres, illustr. principes, caeterique viri praestabiles, non leve pondus hodie meis humeris imminere . ."

Orator ad conventum vindobonensem una cum Nicolao Cusano a pontifice missus stat, huius mandato, pro Friderico caesare, cui post annos ultra decem tutela infantis Ladislai sublata, ac comiti Ciliae Ulrico data est. Edidit Mausius in 'Pii II, P. M. orationes'. Lucae, 1755, part. I, p. 184—261. **452.**

1453. Friderici imperatoris responsio data super petitione papali per Joannem episcopum papiensem ad se legatum, facta in facto *passagii*. (L. XI, 80, f. 312—314.)

Inc.: „Beatissime . . Venit ad nos per hos dies legatus vester . . nobisque perditionem constantinopolitanam hoc anno factam . .“

Bellum in Turcas iam Byzantio potitos suscepturum se Fridericus profitetur, propterea que conventum ratisbonensem ad festum s. Georgii futurum iam indixisse scribit. **453.**

25 septembris. *Aeneas Sylvius Piccolominaeus* Leonardo de Benevolentibus civi senensi et apud Venetos oratori scribit de necessitate belli in Turcas suscipiendi, ac in laudes Joannis de Capistrano excurrit. (L. XIV, 252, f. 93—97.)

Inc.: „Bene a te factum est qui res latinas et grecas ad me scripsisti. Nam etsi captam Constantinopolim. . . Ex Grecio Styrie, 25 sept. 1453.“ **454.**

1454.
1 maii. Catherina mater et Joannes filius, palatini Carinthiae, comites Goriciae et Tyrolis mandant subditis sibi communitatibus ut admittant ad congreganda placita Andream de Pithianis archidiaconum aquil., cui obediant et honores solitos praestent. (L. XIV, 102, n. 499.

Inc.: „Universis . . districte precipiendo mandamus quatenus venerab. virum domin. Andream de sancto Daniele, archidiaconum aquil. . . . Goricie, 1 maii, 1454.“ Docum. authent.

Zacharias Trivisanus Foroiulii locumtenens nuntiat eam visitationem officialibus *Patriae*, ac obedientiam Andreae praestandam iniungit, Utino, 4 sept. 1452. Extat docum. eodem codice n. 498. **455.**

mense maio. Oratio pro parte invictiss. principis et d. d. Friderici Romanorum imperatoris in facto *passagii* facta in dieta ratisbonensi per rev. d. Aeneam episcopum senensem, quae celebrata fuit in mense maii, anno dom. 1454. (L XI, 80, f. 314—316.)

Inc.: „Quamvis omnibus qui adestis, rev. patres, . . . nota sit causa conventionis vestre.“ Oratio edita pluries. **456.**

Conclusiones factae in facto *passagii* contra Turcas in prefata dicta ratisbonensi. (L. XI, 80, f. 316—317.)

Inc.: „Ex his que nuper nos omnes audivimus plene intelleximus, si rempublicam christiane fidei . ."

Quatuordecim articulis disseritur de opportunioribus agendis ad potentem exercitum *in aprili proxime futuro* (1455) habendum.

Conclusiones Durandus et Martinius edidere in 'collectione monumentorum amplissima', VIII, p. 1015. **457.**

1454. 24 iulii. Franciscus Foscari dux Venetiarum nuntiat capitaneo Portusnaonis animalia nobilibus de Zopola ablata esse restituenda, monetque de confinium dissidiis cum iis perbrevi declinandis. (L. XIV, 101, n. 15.)

Inc.: „Fuimus superioribus diebus contenti, ad instanciam litterarum sereniss. dom. imperatoris et preces . . . Venetiis, 24 iulii, 1454." **458.**

A., episcopus Nitriensis, orator Hungariae et Bohemiae regis petit a pontifice ut a. subsidium in Turcas praebeatur; b. regno Hungariae libertas et sua iura serventur; c. ecclesia Olomucensis *tribus iam ferme annis antistite destituta* episcopo provideatur qui esse possit. *Bouslaus quidam vir ingenio, doctrina auctoritate inter Moravos proceres praestans.* (L. X, 175, n. 92.)

Inc.: „Quae proximis diebus sanctitati vestre in sacrosancto reverendissimorum dom. Cardinaliam ceta sedenti ex scriptis significavi . ."

Bohuslaus de Zwole reapse datus est episcopus anno 1454. **459.**

1455. Aeneae Sylvii Piccolominaei oratio ad Callistum III pontificem, habita in exhibitione obedientiae, caesareo nomine. (L XI, 77, f. 96—108.)

Inc.: „Solent plerique omnes, beatissime . . . qui ad tra-

dendam obbedientiam huic sacrosanctae sedi mittuntur . . ." Romae.

Auctor cum Joanne Hinderbach (serius episcopo tridentino) legatus a caesare ad recens electum pontificem missus agit de meritis austriacae domus in sedem apostolicam, ac *de tuendo nomine christiano contra Turcas.*

Oratio pluries edita, primum vero Romae, s. anno, apud Stephanum Plannk, 4°. **460.**

1455. 4 iulii — Pacta conventa inter Fridericum Austriae ducem et dominium Venetorum de pace stabilienda super dissidiis confinium inter Portusnaonenses et Venetos (L. X, 309, n. 6.)

Inc.: „Cunctis pateat evidenter dudum siquidem subortam fuisse materiam questionis super iure communiandi . . . Die 4 iulii, 1455."

Exemplum, cui desunt capitula conventa cum versione itala, ex libro 'Commemorialiam' (XIV, f. 181) sumptum extat in nostro codice. **461.**

Fridericus III imperator Alphonsum regem Aragonum interrogat de classe in Turcas instruenda, quod iamdiu Alphonsus mente conceperat. (L. XI, 83, f. 198.)

Inc.: „Negotia tuende contra Turcas sacre religionis nostre quemadmodum deducta sint, ex responso per nos dato . ." 1455.

Epistolam, quam puto ineditam, scripsit Piccolominaeus imperatori a secretis. **462.**

1456—1460. — Varia de morte, prodigiis et canonizatione promota Joannis de Capistrano, ordinis minorum de Observantia in Hungaria. Latine. (L. XIV, 246, f. 152—166.)

Insunt a. Epistola Joannis de Capistrano morientis Joanni de Taliacotio, aliisque de libris, quibus est usus, ad provinciam s. Bernardini ad locum de Capistrano transferendis (21 oct. 1456) ac iussum cardinalis sancti Angeli legati pontificii in Hungaria de voto Joannis demortui absolvendo (27 oct. 1456). b) Epistolae

Matthiae regis Hungariae, Nicolai de Willack vaivodae Transylvaniae, Angeli episcopi beatini ac Bononiae gubernatoris; Stephani de Wussan vicarii Hungariae; fratrum Joannis Baptistae de Levato et Jacobi de Marchia ad Joannis de Capistrano canonizationem impetrandam (1459—1460). c. Miracula intercessione Joannis de Capistrano patrata annis 1450—1460.

Binas tantum litteras Matthiae Hungariae regis et Angeli episcopi beatini edidit Waddingus in 'Annales Minorum' XIII, 123, 157. Eapropter anno 1852 horum omnium exemplum academiae pestinensi dedi. Caeterum de eodem plura habes in codice 252 eiusd. classis. f. 93—97. **463.**

1457. Joannes comes palatinus Carinthiae, Goriciae et Tyrolis confert feuda, locis designatis, Georgio Pridelaner Goriciae. (L. XIV, 101, n. 174.)

Docum. authent. lingua alemannica datum est Goriciae, *am Montag nach dem Suntag Judica in der Vasten* (4 aprilis) . . 1457. **464.**

1459. 11 septembris. Fridericus imper. nuntiat Georgio episc. tridentino tres ablegatos ad concilium Mantuae deputasse, quos desiderat una cum eodem Georgio pontificem adituros ut ea de re consilium sumant. (L. IX, 166, f. 413.)

Inc.: „Cum noster sanctus pater papa iam pridem conventum sive dietam Mantue . . . Vienne, die martis post nativitatem b. Marie virginis (11 sept.), 1459."

Edidit Bonelli 'Chiesa di Trento', vol. III, p. I, p. 359—260. **465.**

1460—1470. Paulus Maurocenus venetus Gregorium de Heimburgo, iurisconsultum et syndicum norimbergensem, id deposcentem, instruit de rebus, forma, magistratibus reipublicae venetae. (L. X, 76, f. 25—46; 145, f. 31—48.)

Inc.: „Sepenumero equidem poscere visus es, humanissime pater, cum principatum hunc venetum intueri contingit. . ."

Ineditae epistolae dedit fragmentum Jacobus Morelli in opere: 'Della biblioteca manoscritta di Tommaso Giuseppe Farsetti. Venezia, 1780. part. II, p. 16—21. **466.**

1461.
6 decembris.

Fridericus imp. eccles. cathedralem labacensem aquil. dioeceseos in episcopalem erigit, cum praeposito decano et decem canonicis, iure patronatus eligendorum episcopi, decani, canonicorum, vicariorum sibi reservato. (L. IX, 166, f. 546.)

Inc.: „Quoniam humanum genus per arbitrium libere voluntatis in peccatum et mortis penam prolapsum . . . Gratz, 6 decembr., 1461."

Ediderunt Carli in 'Opuscoli a Calogerà', I, p. 331, ac Cappelletti. 'Ch. d'Ital.' VIII, p. 659—660. **467.**

1462.
3 iulii.

Georgius Bohemiae rex gratulatur Christophoro Mauro de dignitate reipublicae suprema ei delata. (L. XIII, 90, f. 14.)

Inc.: „Mittimus ad amiciciam vestram strenuum Antonium Marini de Francia . . . Prage, 3 iulii, 1462." **468.**

Mathias rex Hungariae eidem de eodem gratulatur ac spondet in Turcas manus adiutrices daturum. (L. XIII, 90, f. 14.)

Inc.: „Ex epistola illustris fraternitatis vestre intelleximus electionem . . ." 1462. **469.**

1463.
7 novembris.

Pactum conventum pacis a Venetis concedendae Tergestinis, *errores suos coram Bessarione cardin. Nicaeno* (legato apostolico Venetiis) *humiliter et flexis genibus confitentibus, veniamque et pacem suppliciter implorantibus,* oratoribus Dominico de Burlis et Antonio de Leo, eo ut Castrum novum, Castrum Mocho, bastita seu grota s. Servuli ec. remaneant Venetis; Tergestini nullum salis commercium exerceant, nec refugium dent Venetis *scelerosis* . . Venetiis, in monasterio s. Georgii maioris, 17 nov., 1463. **470.**

1465. 17 aprilis. Paulus papa II dat breve capitulo pragensi, quo laudat quod, germanam fidem de eucharistiae sacramento tenens, doceat ritum communionis sub una specie ab universa ecclesia semper fuisse retentum; cui roborandae doctrinae affert exemplum Sigismundi imperatoris, cui ante coronationem Romae communio sub una specie administrata est a pontifice. (L. X, 174, n. 4.)

Inc.: „Locuturis nobis, dilectiss. filii, ad vos qui communionem apostolicae sedis profitemini pariter et tenetis . . . Romae, XV kal. maii (17 april.), 1465.“ **471.**

15 iunii. Conventum inter Sigismundum Austriae ducem et Christophorum Maurum ducem Venetiarum de sicariis manifestis et crematoribus locorum mutuo remittendis ad loca commissi delicti, Francisco Diedo veneto oratore, factum. (L. X, 309, n. 8.)

Inc.: „Sigismundus . . . Quoniam animadvertimus precessores nostros cum illustr. principe et dominio Venetorum . . Insprukg, 15 iunii, 1465.“ **472.**

1469. 20 martii. Fridericus imperator cum animadvertat quaestionibus succrescentibus inter patriarcham aquil. et Venetos, exinde ortis quod bona patriarchatus horum ditioni subsint, pacis studio, finem esse imponendum, statuit patriarchatus iura in bona propria integre servanda. (L. IX, 128.)

Inc.: „Cum imperialis quoque celsitudo, licet eam Deus ad culmen secularis evexerit potestatis . . . Nove civitatis, 20 martii, 1469.

Exemplum illustravit in codice Bernardus Maria de Rubeis. **473.**

14 augusti. Idem Joannem V episc. trident. Romam (ubi pro festo s. Aegidii aut paulo post adesse est iussus) ablegat ut negotia contra Turcas et haereticos bohemos cum pontifice et cardinal. collegio pertractet. (L. IX, 166, f. 413—414.)

Inc.: „Cum nos nuper Rome fuissemus, sermonem habuimus

cum sancto patre . . . Gretii, in vigilia assumpt. b. Mariae virgin. (14 aug.) 1469."

Edidit Bonelli 'Chiesa di Trento', vol. III, p. I, p. 270—271. **474.**

Nota de solvendis duabus unciis auri puri camerae apostolicae per ducem Everardum de Wurtemberga et haeredes, ob infeudationem quorundam locorum constantiensis et spirensis dioeceseon, iuxta conventum factum IX kal. maii, 1469. (Zan. L. 503, f. 3.)

Inc.: „Nobilis vir dom. Everardus . . . singulis annis in festo beatorum Petri et Pauli . . ." Sub fine: „Jo. Georgius de mandato." **475.**

Nota de una uncia auri puri solvenda ab archiducissa Austriae Mecheilla camerae apostolicae, ob infeudationem castrorum constantiensis dioeceseos, iuxta conventum factum IX kal. maii, anno quinto Pauli II. (Zan. L. 503, f. 4.)

Inc.: „Nobilis mulier Mecheillis archiducissa Austriae quoad vixerit tenetur solvere camere apostolice . . ." Subtus: „Jo. Georgius de mandato." **476.**

1471. 8 ianuarii. Paulus papa II Vincentio episcopo et canonicis *singulis in presentiarum existentibus* ecclesiae vaciensis indulget ut sibi eligant confessorem qui praepositos et canonicos a gravioribus quoque reatibus contra sedem apostolicam absolvat. (L. X, 178, n. 43.)

Inc.: „Devotionis vestre sinceritas promeretur ut votis vestris in his presertim que ad animarum vestrarum salutem . . Romae, 8 ian. 1471."

Idem breve missum quoque ecclesiae budensi. **477.**

8 aprilis. Idem cum Ludovico lantgravio Hassiae conqueritur de iniuriis episcopo et clero paderbonensi (cuius oppida vel armis incendioque vastavit, vel in suam potestatem redegit) illatis

annis proxime elapsis: dolet quod Brochardum Pappenhaim ecclesiae infestissimum protegat. Nisi *conscientiae consulat, non decrunt alia remedia opportuna.* (L. X, 174, n. 3.)

Inc.: „Gravem nuper ad nos querelam detulit de tua nobilitate orator venerabilis fratris Simonis episcopi . . . Rome, 3 apr. 1471.“ **478.**

1471. 22 iulii. Instrumentum concordiae de confinibus vicentinae provinciae cum illis de Marebio, subditis ill. domini ducis Sigismundi Austriae, celebratum in 'Brarunnegh' (i. e. Bruneck, lat. *Brunopoli*, in Tyroli) per circumspectum virum Ludovicum Ruoxa, secretarium ducalem Venet. (I. VII, 1008, f. 21—23.)

Conventus in domo Casparis Nauntelberger habitus est die 22 iulii, 1471. **479.**

1472. 20 maii. Instructiones ordinatae per cardinales deputatos rhotomagensem, theanensem, papiensem et senensem die sabbati 20 maii 1472 pro cardinali s. Marci (is est Marcus I Barbo venetus, patriarcha aquil.) in Germaniam, Hungariam et Poloniam pontificis legato. (L. IX, 42, f. 1—4.)

Inc.: „In primis accedet maiestatem imperialem, cui post salutem et apostolicam benedictionem communicabit . .“

Legato praeceptum imperatorem ad bellum contra Turcas, Hungariae et Poloniae reges ad mutuam pacem hortetur; quibus etiam confirmationem pacis inter Polonum et equites theutonicos initae proponat. **480.**

13 iulii. Instructiones a Sixto papa IV datae archiepiscopo cretensi, oratori cum potestate legati a latere, ad Coloniam et partes Rheni. (L. IX, 42, f. 37—39.)

Inc.: „In primis d. archiepiscopus orator pro amovendis litibus et differentiis urgentibus inter archiep. coloniensem . . . Rome, 13 iulii, 1472.“

Super pace concilianda inter archiepiscopum coloniensem et ipsius capitulum ac civitatem, instruat legatus pontificem. **481.**

Instructiones ab eodem datae episcopo ratisbonensi, legato ad imperatorem. (L. IX, 42, f. 30—31.)

Inc.: „In primis, domine ratisbonensis, cum eritis apud christianissimum filium nostrum. . .“

Mandat pontifex Henricus IV de Absberg episcopus ratisbonensis moveat imperatorem ad pacem cum rege Hungariae iam iam in Turcas proficiscente componendam. **482.**

1473. 3 octobr. Eiusdem epistola Mathiae Hungariae regi ut arma cum caeteris christianitatis principibus in Turcas sumat. (L. XIV, 266, f. 279.)

Inc.: „Dilectus filius nobis Nicolaus Marcellus, Venetorum dux, ut nos pro sua consuetudine et rebus ad bellum Turcarum pertinentibus . . . Rome. 3 octobris, 1473.“ **483.**

1475. 25 iunii. Fridericus imperator respondet pontifici significanti se ligae Venetorum, Mediolanensium et Florentinorum minime accessurum fore, ipse praestabit quidquid felici ecclesiae regimini conferre possit. (L. X, 174, n. 7.)

Inc.: „Scripsit ad nos, sanctitas vestra, ducem Venetiarum, Galeatium Mariae Mediolanum occupantem . . In campis Nussiae, 23 iunii, 1475.“

Edita epistola in ‘Princip. austriacor. epistolae’. Venet. 1856, 4°. **484.**

30 iulii. Beatrix de Aragonia, regina Hungariae supplex Sixtum papam IV deprecatur ut virum excellentem, *dum viveret*, Bonaventuram *inter eos qui sancti nominantur et sunt b. v. connumerare dignetur*. (L. X, 175, n. 91.)

Inc.: „Tritum proverbium est ac pene divinum: *vox populi, vox Dei*. „Si petre loquerentur, si arbores conclamarent . . . In castello novo neapolitano, penult. iulii, 1475.“ **485.**

1475.
15 decembris.

Instructiones datae a Sixto papa IV oratori ad regem Hungariae pro pace tractanda inter eum et caesarem. (L. IX, 42, f. 39—40.)

Inc: „Post debita salutationis et benedictionis apostolice ac reverentie privata officia significabit orator . . Rome, 15 decembris, 1475." **486.**

Instructiones ab eodem datae Prospero Camulio episcopo catanensi, legato ad imperatorem, pro concordanda differentia ecclesiae constantiensis. (L. IX, 42, f. 22—23.)

Inc: „Et primo ibi . . . Deinde exponet sue maiestati, quod s d. n. more boni pastoris."

Pontifex mandat legato ut apud imperatorem causam agat Ludovici a Freiberg, a se electi in episcopum constantiensem, excluso Othone comite de Sonnenberg, ad eandem sedem a capitulo constantiensi promoto. Monuerat pontifex, antequam aliquid tentaret, intelligeret *an episcopus aleriensis qui de hoc habuerat commissionem, aliquid conclusit, et si conclusisset aut esset in conclusione, non interrumpat eius factum.* **487.**

1476.
16 iulii.

Cum die 16 iulii anni 1476, nuptiis celebratis inter comitem Leonardum de palatinis de Carinthia, comitem Goriciae et Paulam Ludovici de Gonzaga, *instrumentum procure* perlegeretur, quo comes Leonardus in casu dotis restituendae bona sua tam in Goricia quam in Alemannia pro summa 40 millium florenorum obbligaverat, Zaccarias Barbaro capitaneus Veronae, praesens, eodem die, in domo episcopi, dubitans ne aliquid damni ex ea conditione Venetis obveniret, oppositionem defert Phaebo della Turre oratori comitis Goriciae ac eius a secretis Petro Raphaeli de Goricia. (L. X, 181, f. 364; 310, p. 802—805.)

Inc.: „Cum sit quod hodie in ecclesia magna s. Petri Mantuae celebratum sit quodam sponsalitium inter magnificum d. comitem Leonardum . . . . Mantuae, in domo episcopatus, 16 iulii, 1476."

Extat quoque in libro 'Commemorial. XVI, 99. **488.**

1476. 16 septembris. Dominicus episcopus reatinus, in Germania, Hungaria, Bohemia, Polonia legatus pontificius refert Sixto papae IV de morte Henrici Silesiae ducis eiusque vidua Barbara; de rege Mathia, Joanne de Sagano et Alberto brandeburgensi ius in ducatum praetendentibus; de actis in dieta wratislaviensi. Dum se semper paci studuisse affirmat, nunciat Turcas appropinquare, Caffam eversam, arma in Valachia contra Tartaros apparari. (L. X, 178, n. 35.)

Inc.: „Ex Hungaria bis scripsi sanctitati vestre per tabellarios ser. regis Mathiae ex wratislaviensi civitate . . . Ex Wratislavia, 16 sept., 1476." **489.**

1477. 10 iunii. Sixti papae IV instructio data Joanni de Duchis protonotario apostolico, praeposito ss. Nazarii et Celsi Brixiae, nuncio ituro ad visitationem monasteriorum s. Emerani ratisbonensis et in Ottemburg augustanae dioeceseos. (L. IX, 42, f. 23—24.)

Inc.: „Primo quod ad visitationem monasterii ratisbonensis nullo modo apponat manum . . Rome, 10 iunii, 1477. **490.**

20 septembris. Eiusdem instructio de agendis per episcopum aleriensem, iturum ad partes Germaniae qua pontificis legatum. (L. IX, 42, f. 17—18.)

Inc.: „Primo ibit ad imperatorem et eius maiestatem visitabit, impartiens salutationem et benedictionem . . . Romae, 20 sept. 1477."

Edidit Theiner 'Monum. histor. Hung. sacrae', t. II, p. 454—455.

Aleriensis missus est ad imperatorem et regem Hungariae, pro pace vel saltem induciis componendis. **491.**

16 octobris. Compendium foederis quod Sigismundus Austriae archidux cum Helvetiis composuit. (I. XI. 131, f. 74—75.)

Inc.: „Sigismondo . . Facciamo a tutti sapere che per comune, deliberato e proposto animo di accordar . . . Zurich, il luni avanti la festa di s. Gallo (16 octobris), 1477."

Compendium leges alemannice in Dumont. 'Corps. diplom.' III, 2, p. 14—15. **492.**

1477. 2 decembris. Fridericus imperator filio Matthiae id petenti, *principatum electoriae cum electione et officio archipincernatus sacri romani imperii*, ac omnibus iuribus *ad coronam Bohemiae spectantibus* confert in feudum, qua conditione eius praedecessores Bohemiae reges tenuerunt. (L. X, 178, n. 67.)

Documentum ex alemannico in latinum translatum incip.: „Licet nos ex romana cesarea liberalitate et suscepti officii dignitate omnibus et singulis . . . Datum in oppido nostro Gmund. 2 decembr., 1477." **493.**

1478. 18 aprilis. Sixti papae IV instructiones pro episcopo forliviensi (Alexandro II Numai) et Andrea episcopo aleriensi, vel eorum altero, de iis quae acturi sunt pro liberatione Roberti episcopi coloniensis. (L. IX, 42, f. 20—21.)

Inc.: „Et primo adeant sereniss. dom. imperatorem cum breve quod sue maiestati scribitur . . Rome, 18 april., 1478."

Diversimode edid. Chmel 'Monum. Habsb.' sect. I, vol. III, p. 449. Pontifex legatos misit ad imperatorem, Hassiae langravium, archiepiscopum trevirensem, moguntinum ac palatinum Rheni ut Robertus a Philippo langravio captivus factus libertati donaretur. Ea de re epistolas eadem die iis datas leges in Chmel 'Monum. Habsburg.' sect. I. vol. III, p. 449—450. **494.**

Eiusdem responsum ad ea quae archiepiscopus craynensis, nomine imperatoris, ad pontificem attulit. (L. IX, 42, f. 43—44.)

Inc.: „Primo quantum attinet ad bonam sue maiestatis dispositionem erga sanctitatem suam."

Dolet pontifex damna a Turcis christianitati illata, bellum in eos minime declarandum asserit nisi pacata Italia, propterea Laurentium Medicem reprimendum. Obest confirmationi beneficiorum

ecclesiasticorum in filium Maximilianum a caesare conferendorum: agit de quibusdam bullis: commendat Hannibalem Malvetium bononiensem ut a captivitate liberetur. **495.**

1478.
11 iulii.

Balthasar de Piscia, legatus papalis in Hungaria Sixto papae IV refert necesse esse ordinem Pruthenorum pontificalibus bullis a reatibus absolvi, hoc vero citissime, quod comes magnus magister Borussiae regem Matthiam adierit, sua negotia sollicitandi causa, ad eumque iter properet Joannes magnus commendator ordinis; quaeque se acturum haeresis ubique serpentis progressibus impediendis. (L. X, 178, n. 38.)

Inc.: „Scripsi dudum sanctitati vestre quod Pruthenos absolveram, scripsi etiam quod nisi rex Matthias . . Ex Wratislavia, 11 iulii, 1478.“ **496.**

18 augusti.

Joannes, archiepiscopus strigoniensis conqueritur Sixto papae IV se non auditum nec vocatum sedi suae ademptum: rogat ecclesiae propriae restituatur. (L. X, 178, n. 84.)

Inc.: „Arbitror sanctit. V. non ignorare me per sereniss. principem dom. Matthiam regem Hungariae ecclesia mea strigoniensi, a usu proprio. sine omni iuris ordine . . . Grecii, 18 aug. 1478.“ **497.**

20 septembris.

Alexander II episcopus forliviensis nuntiat Sixto papae IV, brevia ab eo recepisse; se caesarem de rebus florentinis instruxisse. Sparsim de bello in Turcas, concilio convocando, archiepiscopo crainensi oratore caesaris et consiliario. (L. X, 177, n. 12.)

Inc.: „Decursis diebus beatitud. V scripsi que pro causa Florentinorum solus cum cesare nactus fui . . . Ex Gretz, 20 sept. 1478.“ **498.**

10 novembris.

Idem refert pontifici de Turcis, *contra quos in conclusione diete istorum de Carniola et Stiria duo millia hominum* tenebantur; Jacobum de Medio, Venetorum et ligae legatum honori-

fice a caesare Graecii susceptum; dicit de cardinali agriensi, de hastiludiis Graecii celebratis. (L. X, 177, n. 113.)

Inc.: „Decursis diebus per varios nuncios ex Hungaria redeuntes, etiam per Tomatium filialem amorem . . . Ex Grectz, 10 nov., 1478.“ **499.**

1478. 1 decembris. Sixti papae IV instructiones datae Ludovico de Agnellis protonotario apostolico et Antonio de Grassis sacri palatii causarum auditori, ad imperatorem oratoribus. (L. IX, 42, f. 24—25.)

Inc.: „Primo salutabunt sereniss. . . referantque ei iustificationes et collegium cardinalium . . . Rome, prima dec., 1478.“

Praecipit pontifex legatis ut imperatorem inducant ad negandum patrocinium Laurentio Mediceo, quod per legatum Jacobum Medium Veneti tentaverant assequendum. **500.**

1479. Eiusdem instructiones Ludovico de Agnellis, de iis quae illius nomine acturus est coram imperatore. (L. IX, 42, f. 25—30.)

Inc.: „Quamprimum erit in curia imper. maiestatis, omnia sibi commissa cum rev. p. episcopo forliviensi communicabit.“

Pontifex legatum instruit de foedere cum imperatore paciscendo, deque auxilio petendo contra regem Galliarum, Florentinos, Venetos ac Mediolanenses qui, pontificis voluntate posthabita, de concilio oecumenico inter se agebant cogendo, quo ea quae pontifex adversus Laurentium Mediceum gesserat expenderentur. **501.**

26 ianuarii. Fridericus imperator Sixto papae IV momenta exponit quibus bellum in Turcas adhuc sit diferendum; excitat ut regem Francorum cum Venetis et Florentinis conciliet, et tanquam ecclesiae advocatus *Italiae bellum pacare valeat*. (L. X, 178, n. 65.)

Inc.: „Concesserunt ad nos superioribus diebus oratores sanctitatis v. . . Ludovicus de Agnellis . . et Antonius de Grassis . . Grecii. 26 ian. 1479.“

Epistolam editam leges in 'Principum austriac. epistolae',

Venet. 1856, 4°., ut et in 'Monumenta Habsburg.' sect. I, vol. III, p. 6—7. **502.**

1479. 26 ianuarii. Caesar id cardinalium collegio fere iisdem verbis repetit. (L. X, 178, n. 65[b].)

Inc.: „Oratores dom. nostri sanctiss. et rever. paternit. . . . Ludovicus de Agnellis ec. . . Grecii, 26 ian. 1479.“ **503.**

30 ianuarii. Ludovicus de Agnellis et Antonius de Grassis referunt cardinalium collegio se basilice a caesare exceptos, cum eo egisse de bello in Turcas, pace a pontifice cum Laurentio Mediceo componenda, ecclesia constantiensi. (L. X, 178, n. 91.)

Inc.: „Die nona presentis pervenimus ad Grez, ubi maiestas imper. residet. In adventu nostro . . . Grecii, 30 ian., 1479.“ **504.**

4 februarii. Fridericus imperator nuntiat Joanni Mocenigo duci Venetiarum, cum oratoribus pontificis, cardinalium et veneto Jacobo de Medio, de bello in Turcas et Italia pacanda egisse; rogat arbitrium sibi deferri quietem Italiae reddendi, quo pacto ea parabantur *quae ad Turcarum rabiem pessundandam conducere* arbitrabatur. (L. X, 178, n. 65[c].)

Inc.: „Animo revolventes quam periculosum quamque pestiferum sit christiane religioni . . . Grecii, 4 febr., 1479.“

Edita epistola Venetiis anno 1856 in 'Principum austriac. epistolae, 4°. **505.**

5 februarii. Idem priores artium, vexilliferum iustitiae, populum et commune Florentiae exprobrat quod pontifici bellum indixerint; nuntiat quae egerit cum pontifice, cardinalibus et Venetis ad pacem Italiae restituendam, pacandi belli sibi arbitrio impetrato; regi Francorum significatum pacem cum Venetis componat; quibus exactis bellum in Turcas instituendum. (L. X, 178, n. 65[d].)

Inc.: „Coacto superiori estate bello inter sedem apostol.

et vos, cum non ambigeremus plerosque principes . . . Grecii, 5 febr., 1479." 506.

1479.
5 februarii.

Idem Ludovico regi Francorum exponit a se acta cum pontifice, cardinalibus, Venetis, Florentinis; petit belli italici arbitrium sibi concedi, ne imanissimorum Turcarum vires ac rabies augeantur. (L. X, 178, n. 65[c].)

Inc.: „Coacto superiori aestate bello inter domin. sanctiss. et Florentinos et eorum confoederatos, non mediocri dolore . . . Grecii, 5 febr. 1479." 507.

Sixtus papa IV pluribus, variis, nec haud magni momenti petitis sibi ab imperatore factis respondet per huius consiliarium archiepiscopum craynensem. (L. IX, 42, f. 95—97.)

Inc.: „Ad primam in qua vult quod oratores eius ipsum et filium commendent, et respondetur sic . ." 508.

1480.
16 octobris.

Alexander II Numai episcopus foroliviensis, cardinalis Passaviensis a secretis, uti apparet, de rebus eius ecclesiae disserit; rogat pontificem a notis propriam famam immerito gravantibus purgari. (L. X, 178, n. 79.)

Inc.: „Elapsis diebus ex Saltzburgia sanctit. v. scripsi me ex commissione ces. maiestatis huc applicuisse . . Ex Saltzburgia, 16 octobris, 1480."

Sixti papae IV epistolas plures datas annis 1477 — 1479 legato Alexandro Numai editas leges a Chmel 'Monum. Habsburg.', sect. I, vol. 3, p. 435, 444—448, 451, 453—454, 456, 460—461, 465 ut et legatis Numai, de Agnellis, de Grassis anno 1479, p. 441, 457, 458: his adde quatuor partim ex integro partim per regesta, annis 1477—1478 eiusdem Alexandri Numai, p. 476—477. 509.

1481.
m. februario.

Sixti papae IV instructiones datae Urso de Ursinis episcopo theanensi, eius nuncio *ad ea quae agenda sunt cum imperatoria maiestate et* rege Hungarie. (L. IX, 42, f. 5—7.)

Inc.: „Post benedictiones s. d. n. exponet imperatorie maiestati aptis et accomodatis verbis quod . . .“

Orator mense februario anni 1481, cardinali melphitano die 19 ianuarii legato designato subrogatus, habet in commissis pacem componat inter imperatorem ac regem Hungariae; utrumque ad bellum in Turcas moveat. De caetero, instructionibus aleriensis (20 sept., 1477) utatur. **510.**

Eiusdem instructiones eidem in causa salisburgensi. (L. IX, 42, f. 35—37.)

Inc.: „Sciat orator mittendus primum omnium et precipuum finem ad quem tendere debet esse . . .“

Legatus caesarem commoneat de iuribus ecclesiae salisburgensis ex integro servandis, ac de pace archiepiscopo (Bernardo II de Rohr) donanda.

V. Hund a Sulzemos. 'Metropolis salisburgensis'. Ratisbonae, 1719, tom. I, p. 19—20. **511.**

Eiusdem instructiones datae episcopo theanensi, nuncio apostolico ad ea quae sunt agenda in conventu nurimbergensi. (L. IX, 42, f. 9—11.)

Inc.: „In primis d. episcopus prelatos, principes et totum conventum salutet nomine s. d. n., et eius apostolicam benedictionem. . . .“

Gravioribus periculis declinandis, iussum legato principes moveat ad bellum in Turcas suscipiendum. **512.**

1481. 21 augusti. Ursinus de Ursinis episc. thean. nuntiat Sixto papae IV actum in diaeta nurimbergensi de subsidiis caesari praestandis contra regem Hungariae; primogenito regis Poloniae regi Hungariae suppetias ituro; oratoribus hungaricis salvo conductu negato; oppidis ecclesiae salisburgensi a caesare restitutis. (L. X, 178, n. 2.)

Inc.: „Scripsi superioribus diebus per tabellarium sanct. v.

hinc per me missum, qualiter cesarea maiestas . . . Nurimberge, 21 aug., 1481." **513.**

1481. 19 decembris. Sixtus papa IV episcopo theanensi in conventu nurimbergensi frustra pro pace laboranti mandat ut imperatori suadeat id negotii vel cardinalium collegio, vel principum conventui deferendum. (L. IX, 42, f. 8.)

Inc.: „Rev. ep. theanensis . . . Lectis ac bene consideratis copiis brevium que nunc mittuntur ad imperatorem . . . Rome, 19 dec. 1481."

De actis num. 510—514 nec verbum quidem in 'Annal.' a Raynaldo. **514.**

1482. 1 ianuarii. Joannes II dux clivensis et comes de Marca Sixtum papam IV deprecatur ut fatrem suum secundogenitum canonicum leodiensem, coadiutorem episcopi leodiensis renuntiet. (L. X, 178, n. 85.)

Inc.: „Jam nuper, ut divine placuit voluntati, recentessime memorie illustris quondam . . . Ex castro meo clivensi, 1 ianuarii, 1482." **515.**

25 martii. Andreae archiepiscopi crainensis protestatio adversus Sixtum papam IV, ab ipso facta in concilio Basileae. (L. XIV, 267, f. 51—53.)

Inc.: „Beatiss. pater. Notum facimus paternitati tue incepisse consilium ex parte Dei in die annuntiationis . . . Basileae, 25 martii, 1482."

Andreas Zuccomakelius. patria aut Slavonus, aut Croatus, aut Dalmata, ex Ordine s. Dominici, romam legatus a Friderico III imperatore missus est. Archiepiscopus renuntiatus, ab imperatore dimissus; carcere detentus a Hieronymo Rinvio; archiepiscopatu a pontifice spoliatus; intercedente imperatore, die 31 iunii a castri sancti Angeli carcere liberatus; per Florentiam Bernam se contulit, hinc Basileam ubi legatum pontificium simulans, senatui convocationem generalem proposuit. Eius agendi modus fuit causa interdicti in Basileam. V. Burkardt Jac.

'Erzbischof Andreas von Krain und der letzte Concilversuch in Basel, 1482—1484'. Basel, 1852, p. 106, 8°. **516.**

1482. 12 augusti. Idem Friderico III imperatori suadet ut, qua ecclesiae protector, basileense concilium a se excitatum tueatur, nec permittat ut, dum dormit pastor supremus, Dei patrimonium male dilabatur. (L. X, 178, n. 45.)

Inc.: „Omnia poma nova et vetera. dilecte mi, servavi tibi (inquit sancta mater ecclesia). O magnificentissime Federice . . Basileae, 12 augusti, 1482." **517.**

25 augusti. Casetta Salvi magister generalis ordinis praedicatorum Germaniam legatus pontificius ad Caesarem ingressurus, socius datus episcopo suessano, adversus hostem crainensem omni conatu omnibusque viribus insurrecturum spondet Sixto papae IV. (L. X, 177, n. 31.)

Inc.: „Cum ex Fulgineo primum, deinde ex Arimino dederim sanct. v. litteras meas, opere precium duxi nunc quoque . . . Tarvisii, 25 aug., 1482." **518.**

22 septembris. Gerardinus Angelus episcopus suessanus refert Sixto papae IV quomodo Foltkirchii aegrotans miserit Basilaeam fratrem Americum, aliumque Constantiam ad publicandas bullas contra Andream et adhaerentes in parva Basilea (constantiensis dioeceseos) commorantes; Constantiae iussis supremis rebellem episcopum repererit, non ita canonicos, quorum duo ei Basileam versus *ut illum sceleratum caperent*. in itinere consociantur. Laudat Constantienses quod in concilio macte se egerint. (L. X, 175, n. 53.)

Inc.: „Cum equitassem quatuor diebus inter montes Almanie, incidi in febrem duplicem tertianam . . . Ex Turego, 22 septembris, 1482." **519.**

28 octobris. Casetta Salvi nuntiat Sixto papae IV, una cum episcopo suessano, praesenti Nicolao Firmano notario, non destitisse *Craynensem velut dyaboli membrum equestri et pedestri certamine*

insectari, in eumque bullam pontificiam, magno apparatu, in maiori basilica, apud Philiburgium legisse, ut et promulgasse aliis locis, (L. X, 177, n. 30.)

Inc.: „Plures iam litteras cum scripserim sanctitati v. et de rebus omnibus sigillatim et abunde scripserim . . Ex Phileburgo Germ. oppido, 28 oct., 1482." **520.**

1482. 9 novembris.

Antonius ordinis minor., orator caesareus refert Sixto papae IV, quomodo sint plures qui Craineusi faveant; quod se citissime ad concilium basileense cum oratoribus basileensibus conferet; quaedam de Foroliviensi oratore caesareo. (L. X, 178, n. 61.)

Inc.: „Memini dum ad pedes sanctit. v. de materia perditissimi Crainensis reprimendi sermo esset . . . Viennae, 9 novembris, 1482." **521.**

27 novembris.

Angelus Gerardinus, duplici instrumento requisitionis et responsionis in negotio Basileensium pontifici et cardinalibus transmisso, nuntiat iis quid egerit a die 22 octobris; concordiam cum Basileensibus tractatam per archiducem Austriae ac confoederatorum legatos: hos bimestrem terminum petiisse; se Basilea egressum ad novum castrum archiducis Austriae contulisse, intereaque censuras promulgasse. Instat apud pontificem rem in consistorio agitandam, sibique mandatum dandum de Basileensibus durius puniendis; ex Rinfelt, oppido archiducis Austriae, cum armatis militibus Basileam versus movisse. (L. X, 175, n. 61, 62.)

Inc.: „Vigesima octava octobris per ser. Nicolaum de sancto Angelo desumo litteras, quibus . . . Ex oppido Rinfelth, basil. dioeces., 27 nov., 1482." **522.**

24 decembris.

Burgomastrus, sculteti, consules et communitates civitatum et partium totius magnae ligae confoederatorum Alamanniae superioris pontificem deprecantur ut Casparem Hüber de Berna, cui Burkhardus Stör resignavit ecclesiam seu prioratum in Wilcz, auctoritate sua confirmet. (L. X, 178, n. 30.)

Inc.: „Cum vestre sanctitatis in nos benignitas plurimis experimentis nobis cognita est . . Ex Lucerna, 24 dec., 1482.“ **523.**

Sixtus papa IV, per missum Henricum Mollitum respondet legato Burkhardo Stör *iam priorem in Wilcz*, laudans de iis quae cum confoederatis Alamanniae superioris egit, quos confidit arma in Mediolanenses sumpturos; praecipit auxilia conquirat ad bellum in Laurentium Mediceum. (L. IX, 42, f. 40—43)

Inc.: „Et primo respondetur s. d. n. libentissime vidisse et audivisse ipsum Henricum . . .“ **524.**

Cimbriaci Quintii Aemiliani exastichon in sepulchro Salome Raunach, Portusnaonis praefecti (a. 1482) vicem gerentis. (L. XIV, 47, f. 105ᵃ.)

Epitaphium, quod picturae Bellunelli in ecclesia s. Marci Portusnaonis extat, edidit frat. Angelus Gabriel de Sancta Maria in 'Biblioteca degli scrittori vicentini'. III, p. LXXI—LXXII. **525.**

1483. 5 ianuarii. Capitulum ecclesiae cathedralis ac clerus basileensis grates agunt Sixto papae IV quod, eius mandato, Antonius Gratiadei legatus Andream archiep. crainensem ceperit, detineat, eiusque declarationem obtinuerit. (L. X, 178, n. 31.)

Inc.: „Temeraria atque frivola per Andream quendam dictum Crainensem iniquo animo in civitate basileensi . . . Basileae, 5 ian., 1483.“ **526.**

3 februarii. Angelus Gerardinus spondet Sixto papae IV, bullas cruciatae contra Basileenses a Roma sibi delatas executioni se mandaturum, ubi Andreas olim Crainensis nuntiis pontificiis minime tradatur. Conventum principum in carnisprivio loco per decem milliaria ab Argentina futurum; se aegrotante Constantiae, Emericum socium Basileam brevia pro publicatione detulisse, eaque Basileensibus clam communicasse. (L. X, 175, n. 56.)

Inc.: „Presens cursor argentinensis qui has litteras deferet, superioribus diebus cum ex Roma veniret . . . Ex Argentina, 3 febr., 1483.“ **527.**

1483. 20 martii. Fridericus imperator littera patenti nuntiat archiepiscopum crainensem, qui concilium apud Basileam ad libitum coegerat, ac verbis et scriptis pontificem gravaverat, hoc suadente *detineri carceraliter* fecisse: idem mandat minime indulgendum Angelo episcopo suessano proponenti Crainensem *in Italiae terras* ducendum. (L. X, 178, n. 32.)

Actus ex membrana originali per Joannem Struss in latinum translatus et *collationatus* incip.: „Haud dubitamus quod sitis informati quo pacto archiepiscopus de Crayn forsitan... Apud Viennam, 20 martii, 1483.“ 528.

30 maii. Angelus Gerardinus fusiori tractatu proponit pontifici et cardinalibus quae agenda ut Basileenses debitas luant poenas, et Crainensis captivus adducatur. (L. X, 175, n. 57.)

Inc.: „Circa menses iam duos raro et eas quidem perbreves scripsi expectans intelligere ... Ex Moguntia, 30 maii, 1483.“

Singulare est quod proponit duo sacella erigenda in calce pontis (ut in ponte sancti Angeli Romae), ad quem sententia citatoria contra pontificem promulgata est. Epistolae addita *Copia ex aliis litteris missis, in quibus continentur octo capitula, quibus mediantibus Basileenses ad omnem humilitatem deduci possunt*, quae incipit: „Ad couterendam Basileensium duritiem fieri possunt notata inferius, aut saltem ex his aliqua que ..“ 529.

4 iunii. Idem longiori epistola, quam commentarium potius appello, eisdem refert de actis in conventu Moguntiae cum oratoribus Basileensium; de sibi propositis pro captivitate Crainensis; de impedimentis factis ne breve censurae contra Basileenses effectum sortiretur; de opere edito ad evincendum concilium absque pontifice cogi posse; de socio suo Emerico qui ad Basileenses defecit. (L. X, 175, n. 54.)

Inc.: „Sexta aprilis geminatas ad vestram sanctit. primo atque inde ad v. r. d. litteras misi .... Ex Moguntia, 4 iunii. 1483.“ 530.

1483. 17 iunii. Idem eisdem significat archiepiscopum coloniensem suffraganeo suo traiectensi in carcerem coniecto suppetias ivisse; Moguntiae se Antonium Gratiadei expectare ad conferendum de agendis in negotio basileensi. Laudat archiepiscopum moguntinum; Bartholomaeum de Placentia e Roma expectat, necessitatibus suis subventurum. (L. X, 175, n. 59.)

Inc.: „Quemadmodum sanctitati vestre per alias, discessurum fuisse me Coloniam ad archiepiscopum, significavi . . Ex Moguntia, 17 iunii. 1483.“ **531.**

18 iulii. Idem eisdem de opere edito Crainensis: *Super concilio sine pontificis auctoritate cogendo*; fusius de necessitate concilii advocandi, quando, quo loco, per quos; basileenses mulctandos vel, concordia facta, per internuntios electorum, vel assistentia oratorum pontificis; de *collectoribus* provinciarum moguntinae, trevirensis ac coloniensis. (L. X, 175, n. 60.)

Inc.: „Secunda iunii ad sanctitatem vestram vestrasque r. d. litteras dedi. Quendam clarissimum theologum . . Ex Moguntia, 18 iulii, 1483.“ **532.**

4 septembris. Willelmus de Reicheuau, episcopus aichstettensis, dum Fridericum Mauerkircher novum episcopum pataviensem apud Sixtum papam IV laudat, evincit redditus episcopi et capituli pataviensis minime aptandos solvendae pecuniae debitae a cardinale Georgio de Hesler, defuncto episcopo pataviensi. (L. X, 178, n. 22.)

Inc.: „Cum alias sanctitas vestra amicum meum carissimum Fridericum Mauerkircher, et post multas adversisates . . Eystett, 4 sept., 1483.“ **533.**

20 novembris. Bartholomaeus Morauns episcopus castellanus, legatus apostolic. in Germania, redux ab Hungaria, colloquium cum caesare de victoria in Turcas, Graecii habitum communicat Sixto papae IV. (L. X, 174, n. 84.)

Inc.: „Hac hora noctis tercia, cesare discedo, cui regis et regine Hungarie litteras obtuli . . Ex Grez. 20 nov., 1483.“ **534.**

1483. 24 decembris.

Idem eidem plura communicat de rege Hungariae quem caesari invisum declarat, quemque confidit pontificem toto homine adiuturum, dum parat *suam Dalmatiam* Venetis surripere, bellum in hos et ligam movere. (L. X, 174, n. 85.)

Inc.: „In capitulis de quibus in superioribus litteris fit mentio, illud mihi placet quod rex Hungariae . . Ex Grez, 24 decembris, 1483." **535.**

1484. 16 ianuarii.

Idem severioribus verbis obiurgat quendam se episcopum mirandulanum dictitantem, qui hac illac in Bohemia errat et tercentes sacerdotes hucusque ordinavit. (L. X, 174, n. 86.)

Inc.: „Si in scribendo, rever. pater, non eo utor more quo consuetum est quotiens ad episcopum . . Ex Grez, 16 ian., 1484." **536.**

30 aprilis.

Sixtus papa IV nuntiat imperatori mandasse proprio oratori ac basileensi episcopo ut Basileam accedant ad puniendum archiepisc. crainensem, tollantque latas in Basileenses censuras. Conqueritur quod irreverenter sibi scripserit. (L. X, 178, n. 16.)

Inc.: „Antequam littere tue ad nos deferrentur date in oppido gurcensi ad 23um diem ianuarii . . Rome, 30 aprilis. 1484." **537.**

21 maii.

Episcopus castellanus Willelmum de Reichenau summis laudibus apud pontificem extollit, eiusque merita in Dei ecclesiam ac pietatem in pontificem depraedicat. (L. X, 174, n. 87.)

Inc.: „Quales prelatos in apostolicam sedem et sanctitatem vestram habeat Germania . . . Ex Eystetten, 21 maii, 1484." **538.**

24 maii.

Anonymus refert episcopo castellano litteras accepisse ab oratore caesareo Marquardo Breysacher sibi delatas, et se suaque ei commendat. (L. X, 178, n. 58.)

Inc.: „Quanto affectu paternit. v. grata impendere obsequia desiderem, non molesta litterarum prolixitate . . . Ex Grecio, 24 maii, 1484." **539.**

1484. mense maio.

Princeps Onoldini (Anspach) sibi propositis ab episcopo castellano, nuntio pontificio respondet super factis Venetorum, quos rumor percrebuerat, Ferraria devicta, totam Italiam sibi subiugaturos fore; nec non de subsidio contra infideles Pragenses. (L. X, 178, n. 66.)

Inc.: „Rev. vestra paternitas in legatione vestra duo nobis proposuit, que sane intelleximus . . . 1484."

Dedi per errorem qua epistolam Friderici caesaris in 'Epist. principum austriacorum', Venetiis, 1856, 4°. **540.**

27 maii.

Episcopus castellanus nuntiat pontifici principem Onoldini a pontifice petere ius praesentandi certas praeposituras sedi apostolicae ac praesertim eam quae fuit Joannis Horn. (L. X, 178. n. 66.)

Inc.: „Dum ill. hic princeps haec responsa scripta exhiberet, duo rogavit . . . Ex Onolspach, 27 maii, 1484." **541.**

5 iulii.

Idem mittit poutifici litteras fiduciarias Pauli praepositi zederasiensis ad se a rege Bohemiae oratoris missi; causas enumerat quibus idem rex oratorem ad pontificem hucusque transmittere distulit. Plura de coniuratione pragensi, caede in catholicos, monasteriis vastatis, praestitis a Bohemiae rege ut tot malis remedium quodpiam adferetur. (L. X, 174, n. 88.)

Inc.: „Postquam aliquot dies aqud illustriss. Saxoniae duces commorabar, de negotio Pragensium ac aliis sepius . . . Lipcz (Lipsiae), 5 iulii, 1484." **542.**

6 iulii.

Caesar Sixto papae IV conqueritur propria iura ab eo despecta, in facto praesertim archiepiscopi crainensis, in quem pontifex severe inquirit, carceri quodque adiudicans, sine interventione imperiali. (L. X, 178, n. 15.)

Inc.: „Innocentia et longanimitas nostra ad tuendum nostrum ac sacri romani imperii decus suggerunt.. Grez, 6 iulii, 1484." **543.**

1484. 6 iulii. Idem asserit collegio cardinalium se a pontifice *lacessitum*, *ei praeter morem et animum suum* respondisse; suae sanctitatis mentem eo dirigant *quo undas huius procellosi maris excitare* non queat. (L. X, 178, n. 12.)

Inc.: „Respondemus in presentiarum cuidam brevi s. d. nostre, cuius copiam una cum responsiva nostra . . Datum in Grecz, 6 iulii, 1484." **544.**

22 iulii. Exemplum pactorum inter *sanctissimam ligam* et rempublicam venetam, quae senatus venetus die 22 iulii anno 1484 septem capitulis protulit, ab utraque parte, bello perdurante, servanda. (I. VII, 1180, f. 35.)

Inc.: „Sia noto et manifesto a cadauno, come essendo in questi tempi passati seguita guerra." **545.**

24 novembris. Fridericus imperator Petrum Cocco ex Venetiis una cum familia eius ac posteris comitem palatinum declarat. (I. VII, 1643, f. 8—10.)

Inc.: „Sceptrigera caesaree dignitatis sublimitas, sicut inferioribus potestatibus officii et dignitatis . . . Civitatis nove, 24 novembris, 1484."

Caesar privilegia concedit a. comites palatinos creandi, iisque militiae palatinae insignia tradendi; b. *arma defensibilia et offensibilia* ubique deferendi; c. doctores in omnibus facultatibus ac poetas cum impositione laureae constituendi; d. notarios publicos seu tabelliones instituendi; e. nothos legitimandi; f. filios adoptivos creandi; g. contractibus auctoritatem et confirmationem addendi; h. veniam aetatis minoribus concedendi; i. ignobiles nobilitatis titulis insigniendi. Eidem Cocco universaeque familiae privilegiis affirmatis, eosdem nobiles et cives cuiuscumque civitatis confirmat, ac antiqua familiae insignia concedit, scilicet in superiori parte stemmatis iugum transversum in campo flavo, superius vero *pedem rubeum aquile cum coxe plumis longioribus vestite, qui annulum aureum nobilissimo adamante*

ornatum aduncis unguibus transversum teneat, adagio addito: *Difficilia calco.* **546.**

1485.
20 octobris.

Jacobus Passarella episcopus imolensis Innocentio papae VIII refert se per tutiorem Rheni viam Coloniam versus navigaturum, inde Brugas ad Maximilianum regem iturum, qui nescius stare loco hac illac semper itineratur. (L. X, 178, n. 21.)

Inc.: „Quamvis Basylea scripserim que occurrebant, et primo Thurego scripseram, tamen quia sanctit. v. . . . Moguntie, 20 octobris, 1485.“ **547.**

1486.
26 iulii.

Conventiones pactae inter imperatorem et dominium Venetiarum de dissidiis amice componendis quoad confinia et iurisdictiones in Histria ac Portunaonis, inter utriusque subditos subortis. (L. X, 309, n. 12.)

Inc.: „Versa est ad certa tempora controversia quedam inter subditos seren. et invict. d. d. Friderici . . . Venetiis, 26 iulii, 1486.“

Subsunt capitula data a caesare Coloniae, die 11 maii, 1486, oratoribus Joanni V Hinderbach episcopo tridentino, Bernardo Perg protonotario, Georgio Elacher capitaneo Portusnaonis. **548.**

24 septembris.

Concordium inter comites de Lodrono et illos de Castelbarco de septem millibus florenorum renensium ab illis his debitorum. (L. X, 309, n. 13.)

Inc.: „Universis ad quos presentes littere pervenerint notum esse volumus quoad controversiam . . . Oeniponti, 30 septembris, 1486.“ **549.**

1487.
12 aprilis.

Innocentii papae VIII instructiones datae magistro Gratiano de Villanova, theologiae professori, ordinis carmelitarum procuratori generali, nuncio suo ad regem Romanorum. (L. IX, 42, f. 79 - 82.)

Inc.: „Cum intellexerit s. d. n. per relationem magistri

Gratiani de Villanova et per litteras r. d. d. Raymundi Peraudi . . 12 april., 1487."

Bellum in Turcas suscipiendum pluribus disertum. 550.

1487. 2 iulii. Imperator proponit cardinalibus poena debita puniendos duos canonicos capituli salisburgensis, quod Joanni Peckenschlager archiepiscopo iam recognito Christophorum Ebron sufficere tentent: rei veritatem plenius ex Raimundo Peraudio, quando Romam redierit, deprehendent. (L. X, 178, n. 14.)

Inc.: „Scribimus in presentiarum sanctit. d. n. tum sacro rev. dom. cardinal. collegio . . . In oppido nostro Norimberge, 2 iulii, 1487." 551.

13 novembris. Instrumentum pacis quam, mediantibus pontifice, imperatore et Maximiliano rege Romanorum, Sigismundus Austriae archidux et Veneti mutuo ineunt, conditionibus duodecim appositis. (L. X, 309, n. 14.)

Inc.: „Quo sagaciore cura satagit hostis humani generis et continuo insultat catholicos, et fidei omnes privare . . Venetiis, 13 novembris, 1487."

Qui historiam intersunt sunt articuli de ablatis in nundinis Bolzani restituendis, *de mineriis Primerii*, de vallibus a comitibus de Lodrono acquisitis, episcopo tridentino reddendis. Exemplum duplex. 552.

1488. 1 iulii. Franciscus Baudinus legatus apostolicus ad caesarem Innocentium papam VIII certiorem facit de egregia caesaris in eum voluntate. Breviter se Romam reversurum nuntiat. (L. X, 174, n. 35.)

Inc.: „Perveni Viennam 24 iunii, ubi serenissimus rex noster erat in prosperitate et sanitate, cuius maiestati . . . Viennae, 1 iulii, 1488." 553.

15 decembris. Willelmus de Bibra a secretis archiepiscopi coloniensis refert Innocentio papae VIII de actis ab archiepiscopo quoad suspen-

sionem bullae contra Flandrenses Maximiliano regi rebelles, ac relationibus cum Mediolani duce. Commendat fratrem sibi, Laurentium canonicum moguntinum. (L. X, 178, n. 62.)

Inc.: „Diebus his in copiis rever. et illustr. principis et domini mei metuendissimi archiep. coloniensis . . . (Coloniae), 15 decembris, 1488.“ **554.**

Innocentii papae VIII instructiones Angelo Pechinollio, episcopo hortano ac oratori apostolico ad regem Hungariae destinato datae. (L. IX, 42, f. 45—54.)

Inc.: „In primis cum ad . . . salutabit d. regem Hungariae nomine s. d. n., ac et nomine sue sanctitatis benedicat eidem.“

Tractet orator pacem inter regem et caesarem; archiepiscopi colocensis in vincula a rege coniecti causam cognoscat; mores clericorum reformet; ecclesiae decimas pendi curet; intercedat apud regem pro praepositis ecclesiae strigoniensis ac Quinqueecclesiarum; Joannem, episcopum varasdiniensem ab olomucensi sede, in quam se intruserat, deiiciat; eiusque in locum episcopum sirmiensem instituat; regem ad bellum in Turcas moveat. **555.**

1489. 27 ianuarii. Al. episcopus sancturiensis Pechinollium invitat ut fidem adhibeat Colae italo in iis quae explicabit, non ausus litteras scribere quae forsan interciperentur. (L. X, 175, n. 90*.)

Inc.: „Etsi usque ad hanc diem distulerim aliqua dominationi vestre significare, excusationem proferam cum venia . . . Prage, 27 ianuarii. 1489.“ **556.**

30 ianuarii. Pechinollius pontifici communicat quae cum rege Hungariae disseruit de a. bello in Turcas apparando, b. pace inter status christianos. c. rege Neapolis, d. archiepiscopo colocensi in carcerem detruso, e. censuris apparatis in Varasdiniensem, episcopum olomucensem, f. negotio anconitano, g. episcopo mirandulano qui ad haereticos confugit. h. haeresi bosniaca. (L. X, 175, n. 89.)

1489. Inc.: „Quod ad sanctitatem vestram, postquam illo de primo ingressu meo Viennam significavi . . Ex Vienna, 30 ian., 1489." **557.**

Pontifex Pechinollio respondet, nunciet Hungariae regi admissos a se Bohemiae ac Romanorum regis legatos, gratulationis de pontificatu accipiendae, et obbedientiae sibi praestandae causa; pro Zizimo (fratre Bajazeti imperatoris Turcarum, quem magister equitum Rhodii captivum pontifici dederat) ad se deducendo laborasse; Anconitanos, pro quibus rex intercedebat, ecclesiae communione eo privasse quod nonnulla adversus ecclesiasticam libertatem statuissent. (L. IX, 42, f. 59—65.)

Inc.: „Laudat primo ante omnia, ac summopere probat et admiratur quod seren. ille rex . . ." **558.**

19 februarii. Al. episcopus sancturiensis Pechinollio, quem rumor increbuerat Poloniam se collaturum, mittit nuncium Vindobonam versus, per quem de Pechinollii recessu et reditu instrui desiderat. (L. X, 175, n. 90[b].)

Inc.: „Receptis his diebus litteris dominat. vestre, omnia ad optata v. d. opere complevi . . Prage, 19 febr., 1489." **559.**

20 februarii. Idem eundem certiorem facit, ex mandato episcopi Augustini, Bohemos obedientiae pontifici esse paratos. (L. X, 175, n. 90[c].)

Inc.: „Reverendissime . . . cui ego indignus caput meum inclino, singulis quoque in missis . . . Ex montibus Cuthinis, 20 febr., 1489." **560.**

22 febuarii Idem cum eodem dolet legationem bohemicam dilatam, quod Pragae relatum sit eum propediem Poloniam versus iturum, doletque eo magis quod ab octoginta annis bona Bohemorum dispositio desideraretur. (L. X, 175, n. 90[d].)

Inc.: „Proximis elapsis diebus d. v. reddidi certiorem de legatione magnificorum ex communi concordia senatorum . . Prage, 22 febr., 1489." **561.**

1489. 18 martii. Idem nunciat eidem praelectas eius litteras *baronibus, clientalibus* et nuntiis civitatum, *qui communicant sub utraque specie*, hosque decrevisse legationem pontifici mittendam. (L. X, 175, n. 90*.)

Inc.: „Occurrit ista hora mihi lator presentium nuncius festinus et inopinatus . . . Prage, 18 martii, 1489." **562.**

30 martii. Hieronymus Marcellus Venetorum ad Sigismundum Austriae archiducem legatus, mediatoris titulo res ita componit ut, nomine Martini eiusque nepotum comitum de Lodrono, solvat Sigismundo pro Georgio et Matthia comitibus de Castelbarco recipienti, tria millia florenorum in prompto auro, reliquum in octodecim mensium termino. (L. X, 309, n. 13.)

Eidem exemplo subest *quietatio* facta a Sigismundo pro reliquis quatuor millibus florenorum, Oeniponti, die 30 martii, 1489. V. num. 549. **563.**

17 aprilis Pechinollius refert pontifici de praelato colocensi captivo, quem sperat Strigonium traduci ad iussa pontificis; in vulgus ferri Turcarum legatum Romam adventasse; pecuniae vim a Soldano et Turcarum Budae legato paratam pro pontifice; de ecclesia olomucensi; de censuris in Varadinum regis consiliarium; de compositione rerum regis Neapolis. (L. X, 175, n. 85.)

Inc.: „Tandem descendi ex Vienna Budam cum sereniss. domino rege. Videbo breviter quo tendat maiestas sua . . Ex Buda, 17 aprilis, 1489." **564.**

15 maii. Idem nuntiat eidem quae rex Hungariae illi retulerit de bello in Turcas apparando, de exacto in Bohemos; de eo quod pontifex regem Hungariae non item Bohemiae appellet; de Maximiliano Austriae archiduce; de Turca fratre imperatoris Turcarum, quem pontifex captivum detinet; de subsidiis tum pecuniae tum militum pro bello in Turcas; de regis querelis in Venetos, praesertim pro occupatione Vegliae; de Ragusinis qui solvunt annuatim Turcis 24 millia ducatorum; de Anconitanis (de quibus Tho-

mas Dragi disponat ex arbitrio pontificis); de rege Neapolis; de episcopo apud haereticos; de archiepiscopo colocensi, quem rex Hungariae renuit a carcere Strigonium transferre, de voluntate pontificis; de indulgentiis et altari portatili pro rege. (L. X, 175, n. 90.) — Foliis quinque.

Inc.: „17 aprilis et litteras et brevia sanctit. vestrae Jovannoctus cursor mihi retulit, que, ut par est, reverenter recepi . . Ex Buda, 15 maii, 1489.“ **565.**

1489. 8 augusti. Orator apostol. Raymundus Peraudus nuntiat pontifici post diaetam francofurdensem se a caesare invitatum ad diaetam Lincii, inter caesarem et Hungariae regem celebrandam primis diebus septembris; audivisse a caesare regem Neapolis omnia movere ut fatrem Turcae imperatoris, captivum apud pontificem, ad se traheret *(quod Deus avertat)*. Dolet decanatum missnensem a pontifice Bernardo Poller meritissimo promissum, aliis datum. (L. X, 178, n. 119.)

Inc.: „De his que apud sereniss. Romanorum regem duos electores et alios Germaniarum principes . . . Ex Francofurdia, 8 aug., 1489.“ **566.**

10 augusti. Fridericus imperator grates agit cardinalium collegio quod procuraverint liberationem filii sui Maximiliani, et poenas ecclesiasticas *in perfidos Flamingos* per Hermannum archiepiscopum coloniensem edixerint. Apparatum in Turcas non antea suscipiendum quam concordia inter principes christianos, ac imperio tranquillitas restituatur. Mittant legatum Joannem cardinalem andegavensem. (L. X, 178, n. 13.)

Inc.: „Quanta cura et diligentia p. v. rever. liberationem carissimi filii nostri . . . In oppido nostro imper. antuerpiensi, 10 aug., 1489.“

Edita epistola in 'Princip. austriacor. epistolae'. Venetiis, 1856. **567.**

1489. 26 augusti.

Eberhardus, comes in Wirtemberg et Montebelligardo pontifici maximis laudibus effert oratorem Peraudum, cuius egregie facta, Francofurdiae praesertim, enumerat . . . *Ille Irenarcha noster . . . qui divinos pene honores meretur.* (L. X, 174, n. 123.)

Inc.: „Hominis opportunissimi officiosum legationis studium, ingens in tractanda pace diligentia. . . . Stutgardie, VII cal. sept. (26 aug.), 1489."

Cl. Staelin, praefectus biblioth. regiae stuttgardiensis edidit in 'Würtemb. Jahrbüch.', 1862, p. 123—124. **568.**

18 septembris.

Pechinollius pontifici significat, ab eo sibi mandata renunciasse regi. Agit in littera de haeretico Thoma Dragi oratore regis Hungariae; de ducibus italis in Hungaria arma regia sumentibus; de rege Neapolis; de negotio anconitano; de haereticis bohemis; de indulgentiis pro ecclesia Albae regalis; de bello parando in Turcas; de vicario ecclesiae olomucensis; de Varadino; de proxima diaeta, de monialibus veteris Budae. (L. X, 175, n. 83.)

Inc.: „Erat nuntius meus paratus ad iter: ut meis expressa prioribus significaret, quum sanctitatis vestre littere . . . Ex Buda, 18 septembris, 1489." **569.**

15 octobris.

Idem nuntiat eidem diaetam dilatam regis aegrotantis causa; quid agat Maximilianus rex ut filiam suam naturalem regi Hungariae successorem constituat; pacem ab eodem rege cum Maximiliano componendam; regem *ungendum* esse, non *pungendum.* (L. X, 175, n. 83ᵇ.)

Inc.: „Accessus iste ad dietam, que VIII septembris celebrari dicebatur, dilatus est in hunc usque diem . . . Ex Buda, 15 octobr., 1489." **570.**

24 novembris.

Idem plura eidem communicat de rege Neapolis, cui rex Hungariae minime ibit suppetias; hunc miratum de favore a pontifice Polonis praestito, de salvoconductu quem Raymundus Peraudius Maximiliani orator ab eo petiit ut Hungariam acce-

deret; de rebus ac de Cynthio anconitanis; de Turcis et de eorum coeptis ad bellum in Rhodum; de diaeta bellogradensi; de episcopo zagabriensi. Quid egerit ad Hungariae regem tranquillandum pluribus disserit. (L. X, 175, n. 88.)

Inc.: „Ad quintam diem huius mensis, sicut omnia disposita esse videbantur, ubi dominus rex . . . Ex Buda, 24 novembris, 1489." **571.**

1489. 23 decembris. Peraudus, quem a legatione revocaverat pontifex, coram hoc se purgat a censuris appositis. Servitia a se praestita pro pace cum rege Galliae compenenda per triennium in Germania depraedicat, eaque necessaria in posterum asserit; plurimi se a caesare, Galliae rege, ducissa Borbonia aestimari. De distributione indulgentiarum, decimis, ec. (L. X, 178, n. 116.)

Inc.: „Intellexi quod aliqui instant apud sanctit. vestram, parum timeo attendentes ad servitia . . . Ex Lintz, 23 decembris, 1489." **572.**

1490. 6 ianuarii. Pechinollius pontifici de Turca a pontifice regi Hungariae tradendo, de re Anconitanorum, de Francisco Fontana et Thoma Dragi; de domicello camerinensi; Hungariae regem de Venetis esse conquestum; Coloniensem et Leontium libertati proximos; de bello vel in Venetos vel in Pragenses parato; de litteras regi Hungariae mittenda contra episcopum saucturiensem; de pace cum caesare componenda; de rege Ferdinando cui defendendo rex Hungariae paratus est, ex istius sententia, Pisauri dominam armis esse reponendam, contra Venetos et Florentinos: de monasteriis quibusdam. (L. X, 175, f. 88.)

Inc.: „Dedi paulo ante sanctit. vestre litteras sub data 28 decembris. De his omnibus quae tunc in rem esse. . . Ex Buda, 6 ian., 1490." **573.**

3 martii. Joannes Balve cardinalis andegavensis nuntiat, pontificem, cardinalium accedente consilio, confirmasse apostolica auctoritate

electionem a capitulo salisburgensi factam *de persona de Friderici de Schawmberg* in archiepiscopum *salczeburgensem.* (L. X, 177, 66.)

Epistola authent. cum subscriptione autographa et sigillo integro incip.: „Hodie . . . Innocentius div. provid. papa octavus in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem meam, electionem . . . . Rome, in edibus mee residentie, 3 martii, 1490." **574.**

1490. 6 aprilis. Pechinollius nuntiat pontifici mortem regis Hungariae, motus Turcarum in Transylvania, quos compescere reipublicae christianae emolumento necessarium asserit; Stephanum Bathor, vayvodam Transylvaniae Hungariae regimini sufficiendum putat. (L. X, 175, n. 87.)

Inc.: „De treugis que ultimo loco concluse sunt, satis sanctitas vestra ex litteris quas Alonsus detulit . . Ex Vienne Austriae, 6 april., 1490." **575.**

12 aprilis. Udalricus de Freundsberg episcopus tridentinus pontifici momenta exponit quibus (declaratis conditionibus vallium quas dicunt *Agnaniam* [di Non], *Solis* et *Judiciarias)* denegat pensionem super bonis sui episcopatus cardinali de Ursinis dandam, quod nuncius pontificius a Sigismundo Austriae archiduce petierat. (L. X, 178, n. 40.)

Inc.: „Nuncius vestre sanctit. Michael Mossis fuit apud illustriss. archiducem Sigismundum Austriae . . Tridenti, in arce boni consilii, 12 april., 1490." **576.**

18 aprilis. Hadrianus Castellensis, legatus pontificius extraordinarius ad regem Romanorum, pontifici refert, Sigismundo, *qui suum dominium his diebus ipsi regi resignavit,* candelam praesentasse ac ostendisse ensem et pileum duci Burgundiae munere a pontifice missum; Raymundum Peraudum ibi oratorem ab omnibus laudari. (L. X, 174, n. 156.)

Inc.: „Veni hodie in oppidum Ispruch Brixinensis diecesis, ubi inveni seren. regem Romanor. una cum ill. dom. Sigismundo . . Ex opp. Ispruch, 18 apr., 1490.“ 577.

1490. 24 iunii. Pechinollius refert pontifici de turbis pro electione regis Poloniae in campo pestinensi exortis, aliis filium Matthiae, aliis Albertum filium regis Poloniae acclamantibus. Revocari a legatione desiderat. (L. X, 174, n. 77.)

Inc.: „Scripsi superioribus diebus seren. vestre de his que tunc in rem erant per Philippum cursorem meum . . . Ex Buda, 24 iunii, 1490.“

Epistola per notas tironianas data, cum versione intercalari. 578.

24 iulii. Idem eidem de dissidiis, turbis et pugnis mense iulio actis pro electione regis Hungariae, quae dignitas die 15 eius mensis Vladislao regi Bohemiae delata. Dolet in tanta animorum agitatione rei ecclesiasticae negligentiam. (L. X, 175, n. 84.)

Inc.: „Post Colocensis (episcopi) liberationem pluries de his que in rem esse videbantur, ad sanctit. vestram . . Ex Buda, 24 iulii, 1490.‘ 579.

22 septembris. Episcopi et praelati regni Hungariae apud regiam maiestatem constituti, pontifici toto homine commendant Pechinollium, iam apud eos nuncium, quem summis laudibus efferendum non dubitant. (L X, 178, n. 68.)

Inc.: „Rediit ad sanct. vestr. in Christo pater dom. Angelus, episcopus ortanus sanct. v. orator dignissimus . . In Alba regia dioc. vesprim., 10 cal. oct. (22 sept), 1490.“ 580.

Raphaelis Zovenzonii poetae, Istriados, ad divum Fridericum III caes august. liber primus. (L. XII, 144, f. 68.)

Inc.: „Accipe purpureum cesar Friderice libellum
Quem dicat illa tua musa Zovenzonii.“

Series epigrammatum ultra bis centum sub titulo *Istriados* in tres libros, quorum primus imperatori, alter Joanni Hinderbach episcopo tridentino (in cuius aula vates versabatur), tertius Christo. Adduntur epigrammata imperatori; Hinderbachio; Trilaceae virgini tridentinae; epaenodia in urbem tridentinam, in Malacanem laibacensem; d. Justo Tergesti patrono; in direptione urbis Tergeste; Tergestinis pro patria cadentibus; ad Heliam tergestinum; Evandro tergestino poetae; epitalamia Joannae tergestinae; Basillae virgini tergestinae.

Perelegantis codicilli membranacei, serico purpureo cooperti, armis caesareis depictis insignis dat historiam epigraphe serius folio addito inscripta, cum armis *Lauredanis: Petro Lauredano — Laurentii filio — Raphael Zovenzonius — Ister poeta d. d. — Caesari Augusto — Misimus Evandrum nuper — Mavortis ad urbem Porgeret ut versus hos — Friderice tibi — Non fuit at tempus curis — Agitantibus esto — Sed nescis alius hic mihi — Caesar adest — Petrus is est soboles quem — Lauredano creavit — Qui te post nostro munere — Dignus erit.* Librum pleraque ineditum, diligentissimo Kandler ignotum (V. 'l'Austriade di Rocco Boni.-Carmi di Rafaele Zovenzoni ec. Trieste, 1862'), Jacobi Morelli dono in hanc palatinam invectum, eundem puto quem Nicolaus Coletus anno 1720 in arce episcopali *boni consilii* Tridenti vidit. 581.

1490—1497. Index locorum ex libris caerimonialibus Innocentii VIII et Alexandri VI pontificum, qui controversias et graves quandoque rixas de praecedentiae in pompis iure, Romae annis 1490—1497 obortas inter oratores Maximiliani et aliquot regum, praesertim Galliae, exhibet. (J. VII, 915, f. 42—51.)

Inc.: „1490. 29 ianuarii venerunt Romam quatuor oratores Maximiliani Romanorum regis.“ 582.

1491. 21 ianuarii. Fridericus imperator severioribus verbis instat apud cardinalium collegium ut Peraudius, ex aemulorum invidia, a pontifice

neglectus, tandem ad cardinalatus dignitatem evehatur. (L. X, 178, n. 11.)

Inc.: „Toto anno superiori, litteris nunc manu propria, nunc per cancellarium nostrum exaratis . . . Lynntz, 21 ian., 1491.

Edita epistola in 'Principum Austriacor. epistolae', Venetiis, 1856. **583.**

1491. 3 februarii. Maximilianus rex dum exquisitioribus laudibus Peraudium prosequitur, eum ad cardinalatus dignitatem evehendum cardinalium collegio commendat. (L. X, 178, n. 9.)

Inc.: „Quantum venerabilis devoti nostri dilecti rev. Peraudi electi gurcensis s. d. n. referendarii . . . In oppido nostro Lints, 3 febr., 1491 "

Epistola edita in 'Principum Austriacorum epistolae'. Venetiis, 1856. **584.**

9 februarii. Peraudus nuntiat pontifici reditum suum ex Gallia; diaetas proxime habendas pro impediendis dissidiis inter duces Bavariae et illos de lega Sveviae; suppetias esse eundum Romanorum et Hungariae regi contra Hungaros et Turcas; indulgentias pro pluribus Germaniae provinciis esse differendas; desiderium suum Romam remeandi, redenddae villicationis suae rationis gratia. (L. X, 178, n. 117—118.)

Inc.: „Etsi, beatiss. pater, maximis precibus christianiss. Francorum regis que mihi profecto precepta sunt . . . . Ex Lintz, 9 februarii, 1491."

Altera inc.: „De ista prorogatione indulgentiarum dom. rex dedit primo commissionem . . Ex Lintz, 9 febr. 1491." **585.**

15 martii. Fridericus caesar cardinalium collegio se paratum praebet tuitioni ordinis s. sepulchri, quem ordinem sibi subiicere fratres s. Joannis hierosolymitani conabantur. (L. X, 178, n. 10.)

Inc.: „Exponi nobis fecerunt religiosi devoti nostri fratres ordinis s. sepulchri, quemadmodum . . In oppido nostro Linntz, 15 martii, 1491 "

Edita in 'Principum austriacor. epistolae'. Venetiis, 1856. **586.**

1491.
23 decembris.

Marci Danduli doctoris, oratoris veneti apud Wladislaum Boemiae atque Pannoniarum regem illustriss. habita oratio. (L. X, 305, f. 45—48.)

Inc.: „Quum Venetiis nunciatum esset, seren. rex, te Romanorum regem declaratum fuisse . . . Budae, X cal. ianuarii (23 decembr.), 1493 "

Ubi anno 1490 Wladislaus Hungariae rex declaratus, Venetus senatus per litteras partam dignitatem gratulatus est. Anno vero 1492 ad finem vergente, binos mittit oratores qui serum adventum excusent, coram gratulationis officium impendant et belli turcici conditiones attingant. Orationem, nullius quoad historiam momenti, perpetua complet laus tum regis, tum eius familiae. 587.

1492.
7 iunii — 23 sept.

Itineris descriptio quod Georgius Contarenus, comes del Zaffo et Paulus Pisani, veneti ad Fridericum III imperatorem et Maximilianum Romanorum regem oratores, pacem cum Carolo VIII Galliae rege conciliaturi, a die 7 iunii ad 25 septembris anni 1492 habuerunt. Itale (I. VII, 1795, p. 25—104.)

Auctor Andreas de Franceschi, coadiutor Georgii de Federicis veneti a secretis quadrimestrem peregrinationem in dies singulos persequitur. Legati per Patavium, Vicetiam, Veronam, Tridentum contendunt, ubi ab episcopo basilice, apparatis quoque epulis, excepti. Semper equitantes Bolzanum, Brixinam, Oenipontum, Hallam ad Oenum petunt, unde navigio conscensi per Castrum aquarum (Wasserburg) Pataviam (locum utrumque describit auctor) accedunt. Sub initio iulii Lincium Danubio advectos, ad diem sextam augusti eo loco detinent caesaris visitatio, cum ministri et exteris oratoribus frequens conventus, coenae solemniores, hastiludia, solatia. Inde Argentinam versus proficiscentes, Salisburgii thesaurum ecclesiae cathedralis; mensas sibi ab archiepiscopo opipare paratas; Georgii Alterfer episcopi chiemensis eos alloquentis, *perchè l'archiepiscopo non sa lettere*, urbanitatem demirantur. Monachii urbs descripta, leonesque domiti in vivario laudati. Campidonae et Ulmae, magistratus venetos oratores, oblatis piscibus, tritico, vino stanneis va-

sibus concluso, benevole excipiunt. Ubi per Cantaropolim (Canstadt), Badenam, Rastadt, Argentinam extremo augusto deventum, auctor solemnioris ingressus pompam; regiae aulae magnificentiam; nobilium Maximilianum regem circumstantium frequentiam: militaris apparatus fastum, instrumentorum musicorum varietatem describit. Extremo per Kizingam, Constantiam, Brigantium, Rhaetorum Curiam, Clavenuam, Comum, Mediolanum (cuius ecclesias, palatia, ducale praesertim eiusque thesaurum salisburgensi anteferendum, minute exprimit), Bergomum, Brixiam remeant oratores Venetias. **588.**

1492. 8 decembris. Ladislaus Gereb episcopus transylvanus Alexandro papae VI gratulatur de pontificatu ei delato. (L. X, 178, n. 80.)

Inc.: „Si quis est qui hoc sanctit. v. felici pontificatu iure gaudere debeat, quo magis . . . Bude, 8 decembris, 1492. **589.**

23 decembris. Rector et magistri universitatis pragensis certiorem faciunt pontificem de bullis ab eo receptis, ac obedientiam spondent se praestaturos. (L. X, 178, n. 29.)

Inc.: „Tempore quo nostre salutis et divini verbi incarnationis apud nos christicolas celebris . . . Ex Praga, 23 decembris, 1492.“ **590.**

26 decembris. Beatrix regina Hungariae et Bohemiae grates agit cardinalium collegio, quod electionem novi pontificis Alexandri VI communicaverit. (L. X, 178, n. 20.)

Inc.: „Maximam et inenarrabilem consolationem ex litteris et nuncio dominationum . . . In arce strigoniensi, 26 decembris, 1492.“ **591.**

1493. 4 iunii. Petrus Knaur, praepositus labacensis et Georgius Elacher capitaneus Portus Naonis, facultate illis a Friderico imperatore collata, conveniunt cum Dominico Maripetro Justinopolis potestate et capitaneo, ac doctore Bertuccio Bagarotto patavino, a duce ven. Augustino Barbadico ad id deputatis, ut definiant *differentias de confinibus et alias dissensiones inter Leonardum Her-*

berstein castellanum Vippaci et subditos suos ex una, ac subditos Venetiarum ducis de Rozio ex altera parte exortas. (I. VII, 1074, f. 184—188; L. X, 309, n. 16.)

Inc.: „In Christi nomine . . . Anno . . . actum in loco differentiae existentis . . . Nos Petrus Knaur . . . terminamus et declaramus . . .“

Commissarii reformant confinia inter territoria Lupoglani et Semich ex una, ac Rocii et Cernogradi ex altera parte. Mandatum caesaris datum est Lincii, 26 febr.; veneti ducis ex ducali palatio 21 maii, 1493. Sententiae a commissariis prolatae testes adsunt Walthasar Paltrestain capitaneus Pisini, Joannes Maria a Sacrato locumtenens Tergesti, Daniel de Crescendulis de Portu Naonis et Jacobus de Tazzia iustinopolitanus, die 4 iunii, 1493.“ **592.**

Oratio legati veneti ad Maximilianum regem Romanorum de obitu Friderici imperatoris patris, et de nuptiis cum Blanca Sfortia habitis. (L. XIV, 251, f. 3—11.)

Inc.: „Postquam seren. rex, inclyto principi senatusque nostro nuntiatum est Fridericum . . .“

Ex loco sub fine orationis: „quam primum senatus noster consultissimus intellexit hoc connubium per maiestatem tuam confectum, mihi iam pridem oratori ad te delecto Hieronymum Leonem, equidem splendidissimum collegam addidit,“ patet auctorem fuisse Zachariam Contarenum. In tabulario caesareo vindobonensi extant binae Augustini Barbadici epistolae Maximiliano datae, ea (5 septembris 1493) doloris ob mortem Friderici patris: „nuper nobis allato nuncio, litteris post modum domine Andree Schemidech ad nos scriptis confirmato;“ altera (17 octobr. 1493) gratulationis connubii causa. **593.**

1493.
23 decembris.

Joannes de Janowitz summus burgravius pragensis et Albertus de Leskowetz, regni bohemi succamerarius, eiusdem regni capitanei grates agunt pontifici quod legatum Nicolaum Cola ad eos miserit De consilio instituendi legationem ad pontificem

disserunt, quam eo splendidiorem futuram asserunt quo magis dilatam. (L. X, 178, n. 27.)

Inc.: „Certiorem reddimus sanct. v. quod diebus his ante gloriosam nativitatis domini celebritatem . . . Prage, 23 decembris, 1493." **594.**

1493—1494. Litterae ducales decem membranaceae authenticae Augustini Barbadici principis Venetiarum ad Zachariam Contarenum et Hieronymum Leonem, reipubl. venetae oratores apud Maximilianum Romanorum regem, a die 5 novembris, 1493, ad 11 februarii, 1494. (L. X, 304.)

His habentur commissio eorum quae apud imperatorem, reginam brevi nupturam, cardinalem gurcensem legatum apostolicum, primoresque quos in via repererint, agenda sunt; litterae commendationis, responsa. Instat dux denegent castra Mochoy et Castrinovi a Maximiliano inique repetita: laudat oratores quod egregie gesserint in dissidiis cum comitibus Tergesti et Goriciae declinandis: mandat recedant a legatione per Oenipontum Venetias profecturi.

Ea occasione rex Contareno indulsit, aquilam proprio stemmati adiungeret. **595.**

Zachariae Contareni et Hieronymi Leonis epistolae numero viginti tres duci Venetiarum datae Patavii, Villaci, Vindobonae, Oeniponti, a die 13 novembris, 1493 ad 13 martii, 1494 in codicem chartaceum regestae respondent a Barbadico praemissis. (I. VII, 1044, f. 88—121.)

Caeteris superius annotatis accedunt plura de pompa funeris Friderici III caesaris, nec non salebrosa Turcarum quaestione. **596.**

Digitized by Google

ABHANDLUNGEN

DER

HISTORISCHEN CLASSE

DER KÖNIGLICH BAYERISCHEN

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

NEUNTEN BANDES

DRITTE ABTHEILUNG.

[illegible]

MÜNCHEN,

1866.

VERLAG DER K. AKADEMIE,

IN COMMISSION BEI G. FRANZ.

- 9 FEB. 1937

ABHANDLUNGEN

DER

HISTORISCHEN CLASSE

DER KÖNIGLICH BAYERISCHEN

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

NEUNTER BAND.

IN DER REIHE DER DENKSCHRIFTEN DER XXXV. BAND.

MÜNCHEN,
1866.
VERLAG DER K. AKADEMIE,
IN COMMISSION BEI G. FRANZ.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Inhalt des IX. Bandes.

Digitized by Google

ABHANDLUNGEN

DER

HISTORISCHEN CLASSE

DER KÖNIGLICH BAYERISCHEN

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

NEUNTEN BANDES

DRITTE ABTHEILUNG.

ABHANDLUNGEN

DER

HISTORISCHEN CLASSE

DER KÖNIGLICH BAYERISCHEN

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

NEUNTEN BANDES
DRITTE ABTHEILUNG.
IN DER REIHE DER DENKSCHRIFTEN DER XXXV. BAND.

MÜNCHEN,
1866.
VERLAG DER K. AKADEMIE,
IN COMMISSION BEI G. FRANZ.

Inhalt.

Digitized by Google